



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.



We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

43
R



V.1

DD

3

M8

A6

V.1

Wattenbach I^s 287.
885-896.

SCRIPTORES RERUM
GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX MONUMENTIS GERMANIAE
HISTORICIS RECUDI FECIT

GEORGIUS HEINRICUS PERTZ

SERENISSIMO BORUSSIAE REGI A CONSILII REGIMINIS INTIMIS
BIBLIOTHECAE REGIAE BEROLINENSI PRAEFECTUS.

1.

ABBONIS DE BELLO PARISIACO LIBRI III.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HANNIANI
1871.

3076

ABBONIS
DE
BELLO PARISIACO
LIBRI III.

IN USUM SCHOLARUM

EX MONUMENTIS GERMANIAE
HISTORICIS RECUDI FECIT

GEORGIUS HEINRICUS PERTZ

SERENISSIMO BORUSSIAE REGI A CONSILIIS REGIMINIS INTIMIS
BIBLIOTHECAE REGIAE BEROLINENSI PRAEFECTUS.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1871.

HANNOVERÆ, TYPIS GULEMANNORUM.

Compl. Sets
Harass.
11-25-27
15545

PRAEFATIO.

Abbo, patria Neustrasius, presbyter¹ et monachus Sancti Germani a Pratis Parisiensis, sub Karolo et Odone regibus claruit. Scripsit sermones quinque a Dacherio Tomo IX. Spicilegii vulgatos, et quod iam edituri sumus carmen de bellis urbis Parisiacae contra Normannos, quibus ipse non solum spectator, sed qui proeliatores medias inter flammam elevata cruce excitaret, interfuit². Non igitur ut poeta canere, sed historiam obsidionis et miracula a S. Germano perpetrata versibus tradere conatus est³. Librum usque ad annum 896 continuatum Gozolino monacho et Aimoino alii S. Germani monacho, Miraculorum S. Germani prosa editorum auctori, inscripsit. Ad-didit ei ut ipse fatetur, trinitatis causa — librum tertium de clericis, hic prima vice edendum, et anti-quis haud aequae ac recentioribus despectum. Inveni enim Londini in codice Harleiano Nro. 3271. non modo exemplum eius praefatione auctum, sed et in-

1) Necrologium S. Germani apud Bouquet. Depositio eius 7. Idus Martii. 2) Praefatio. Lib. I, 25. 26. 593—597. II, 300—302.

3) Praefatio.

*terpretationem Anglosaxonicam saeculo XI. in membrana conscriptam, cuius specimen subiicio*¹.

*Opus stylo contorto et subinde valde obscuro conscriptum, multis in locis explicatione egebat. Cuius rei conscius, auctor*² *glossas adiecit, quae et ad textum intelligendum et ad mores eius aevi perspiciendos multum conducunt; qua ratione ductus et multo maiorem earum partem hucusque ineditam et voces singulas margini a poeta adscriptas retinendas duxi. Quis enim historiae eius temporis intelligendae capax voces ut lib. II. v. 466. „HYRONIA“ omitteret?*

Primam librorum I. et II. editionem ope codicis unci Pithoeus in SS. coetaneis XII instituit. Quam repetierunt Chesnius in SS. Franc. T. II. p. 499. et in SS. Normannicis pag. 35, Iacobus Breulius ad calcem Aimoini Paris. 1603. in fol. pag. 400, Iohannes de Bouchet in Originibus primae et secundae stirpis regum Francorum Paris. 1642. fol. Ultimus Bouquetus in SS. Franc. T. VIII. pag. 1 sqq. editionem Pithoecanam iterum expressit, licet ipse plurima verba certissime depravata conqueratur, quae deficientibus codicibus manuscriptis emendari ac sanari non possint. Adservabatur tamen unicus isque authenticus Abbonis

1) 3271. Harlei. mbr. saec. XI. fol. 114: *Incipit liber Abbonis Anglice interpretatus. O clerice . eala du cleric . ne dempseris . ne wana du . unquam . aefre . dyplicas . wezbreda . lateri . fram sidan . fugeas (corr. fugias) . forfleoh . fore . wesan . corcula . ealdor . labentis . slidendes . ludi . plegan . ne letetur . ꝥ ne blissige . le . fedus . fraete . sandapila . baer . neque toparchia . ne helle ealdor etc. fol. 117: Incipit prologus nobilis, disertissimi didascali Abbonis. „Comperias lector etc. 117: Explicit prologus Abbonis. Incipit liber doctus. „Clerice dyplicas lateri ne dempseris unquam etc. — 119: Qua puriter tecum teneam tu clerice poscas.“ 2) Praefatio.*

codex in bibliotheca monasterii S. Germani a Pratis, cuius congregationis membrum ipsum Bouquetum fuisse novimus, indeque postea in bibliothecam regiam Parisiensem illatus est. Quum igitur nostrae editioni accingerer, ante omnia codicis illius in fata inquirere eumque iterum accuratissime evolvere proposui; et favente V. Cl. Guérard-mox voti compos factus sum. Siquidem ipse Pithoeus librum bibliothecae S. Germani obtulerat, ibique numero olim 535, postea 1633 signatus fuit. Est membranaceus in 4^o minori, saeculo nono exeunte exaratus, atque 43 foliis constat, quorum quodlibet bis 18 versus exhibere solet.

Opera igitur nostra in eo praecipue versata est, ut textu ad instar codicis accuratissime expresso, omnes alicuius momenti glossas in ora paginae proferremus, et liber tertius antea omissus reliquis adderetur. Distinctiones in codice fere nunquam obvias introduximus, atque annotationes textui illustrando necessarias, perpauca tamen, addendas censuimus.

G. H. PERTZ.

SCEDULA SINGULARIS CERNUI^a ABBONIS DILECTO
FRATRI GOZLINO.

Cunctorum Dei plasmatum^b extimus et conleuita indignus Abbo, sincaere^c omnemque terrigenam^d superantis^e igne dilectionis amplexando fratri Gozolino, quicquid in Christo utriusque vitae manet iocunditatis. Tuae admodum mihimet acceptissimae germanitatis affectio sibimet dudum destinari

a) humilis. b) formiarum. c) pure. d) scilicet dilectionem.
e) transcendentis.

crebro poposcit, ut bellorum Parisiacae polis, praecellentissimi quoque principis ab examine^a regni hucusque Odonis, nostro genitum labore codicellum didicit, tam conligu^b studiosa ingenio quam fraterni insuper non inmemor flagri^c. Eandem itaque ob gratiam faustissime noveris germane, tibi hancce dirigi pagellam, cum tam rara ne unquam penes me frustretur petitio, tum solamine omnium apud lectorem amicissimi, ut cara finetenus vice illam mittentis fungatur; quin etiam a devotis^d prudenti dextera^e relevetur. Numquam enim otio reficiendi ob scolarum pluralitatem, cuius commoditati ubique locorum vacaverim. Verum qui^f primum fuerit prolata, constat adhuc sequens pagina membranis semel tantum mutatis, post quoque, ceu quopiam Foebo, tuo sagaci lustretur arbitrio. Denique huius aeliminata^g directionis causa, aequum autumatur depromi geminas^h etiam opusculi inchoationis. Quarum siquidem prima fuerit causa exercitacionis. Tunc etenim adhuc litteratoriaeⁱ tyrunculus disciplinae, Maronis proscindebam^k aeglogas. Altera vero^l mansuri aliarum tutoribus urbium exempli. Caeterum tam tuae quam reliquorum quidem lectorum almae caritati non istud metricae complecti volumen^m, quod vates taxerⁿ, notum fore molior. Nullatenus quippe hic^o, quae penes summos repperiuntur figmenta poetas. Atqui Faunos ferasve nusquam tripudio carminis in ludum more Sileni conglomeraverim, neu rigidas motare cacumina quercus coaegerim tum vero silvae aoesque menia quoque nunquam nostris sunt comitata vestigiis prae dulcedine cantionis; nec quovis modulamine Orco aliisve manibus animas tartarea aeriperim caligine ritu Orphei. Plane etiam si quando affuerit, velle nusquam tamen his actibus favit possae. Ergo nec positor^p quidem nuncupor nec figmenta hic habentur; sed nostrae facultatis adsint praesidia. Porro triadi nostros credidi biblos^q visu

- a) origine. b) propinqui. c) amoris. d) mendatiis. e) tua.
 f) quomodo. g) exposita. h) causas. i) gramaticae.
 k) Prima vice legebam. l) sc. causa inchoacionis. m) sc. ideo.
 n) nominer. o) in isto opusculo. p) poeta. q) libros.

et auditu modo^a decusatos^b. Quorum duo quidem tam praeliis Parisiacae urbis, Odonis quoque regis, quam profecto almi ac heroyis^c praesertim mei Germani, eiusdem sedis olim egregii praesulis, effulgent miraculis, alias tamen quibuslibet inauditis. Qui autem supplet trinitatem tercius, horumce ignarus constat. Nam cleronomos^d, tametsi angustum^e maneat situm, decentissime ornat, tum scolasticis ambientibus glosas suis in commentis obnixè complacet; allegoria vero aliquantisper cui eius indago libuerit, renitet. Cum per semet quoniam mutis^f inhaeret verbis, propria manu linguas^g superieci. Pedes autem in omnibus opusculi versibus adeo delegerim, quo per rarissimos forte ignorantia potiusve oblivione liquerim clodos; qui tamen periergia^h quaeso industriae legentis debitae virtuti restituantur. Pentimimeris nempe seu cum cata triton trocheon eptimimeris rataⁱ similitudine^k per omnia^l currunt cesurae, quanquam bucolice ptomen perpauca. Communibus praeterea bannitae^m modis cum dieresiⁿ et aepisinaliffa^o non dense^p usus extiti. Igitur largiente divino munere, suggessit haecine mihi facultas. Quid plura? Catalecticis cunctis existit versus. Tum multa prorsus alia lectori seria^q parebunt indita. Nec tamen putetur hoc ob aliud factum, nisi materiam vel a tua, dulcissime frater, prudentia hauriendam, seu cuiuspiam^r alterius disertis, cum ad manus venerit, metrici. Dactilici quidem versiculi trimetri praepositi causam enucleant^s sui, sed minime exauditi. Verum quod haud apud magistrum, saltem mereantur nancisci penes germanum.

Gaudia quot radii Febo, tibi sint et honores,

Cum fine in finem, clam quoque fine Deo.

EXPLICIT EPISTOLA.

- | | | | | |
|------------------|----------------------|--------------|---------------------|------------------|
| a) tantum. | b) ornatos. | c) domini. | d) clericos. | e) strictum sit. |
| f) obscuris. | g) glosas. | h) solertia. | i) accepta. | |
| k) exemplo. | l) aliorum metrorum. | m) sillabe. | n) dissisione. | |
| o) coniunctione. | p) frequenter. | q) utilia. | r) scil. prudentia. | s) aperiant. |

VERSICULI AD MAGISTRUM DACTILICI.

<p><i>O pedagoge sacer meritis Aymoine pius radians Digneque sidereo decore: Perrogitat matites^a liniens Ore pedes digitosque tuos, Cernuus Abbo tuus iugiter Sume botros, tibi quos tua fert Vitis^b adhuc virides; rubeant Imbre tuo radiisque tuis. Continuo seris atque fodis^c Tu, celebrande, putas et eam.</i></p>	<p><i>Nuncque cupis, niteat pluuiis Alterius, iubare alterius? Dulce cui tribuas rogo mel. Nam tibi palmes et uva manet. Floruit has mihi Parisius Nobilis urbs, veneranda nimis, Bella precans sua ferre tibi. Agnita cuius ut orbe vago Sepiat^d ethera palma volans, Doxaque regnet ubique micans, Ore tuo gradiente super.</i></p>
--	--

INCIPIIT LIBER PRIMUS BELLORUM PARISIACAE URBIS.

- Dic alacris salvata Deo Lutecia summo,
Sic dudum vocitata, geris modo nomen ab urbe
Isia, Danaum latae media regionis,
Quae portu fulget cunctis venerabiliori;
5 Hanc Argiva sitis celebrat peravara gazarum,
Quod nothum species metaplasmi modo nomen
O collega tibi, Lutecia, pingit honeste
Nomine. Parisiusque novo taxaris ab orbe,
Isiae quasi paris merito nollet tibi consors;
10 Nam medio Sequanae recubans, culti quoque regni
Francigenum, temet statuis per celsa^e canendo:
Sum polis, ut regina micans omnes super urbes!
Quae statione^f nites cunctis^g venerabiliqri.
Quisque cupiscit opes Francorum, te veneratur,
15 Insula te gaudet, fluvius sua fert tibi giro
Brachia, complexo muros, mulcentia circum

a) discipulus. b) disciplus. c) doces atque corrigis. d) repleat. e) per
sublimia, f) de portu. g) portibus.

- Dextra tui pontes habitant tentorio limfae
 Levaque claudentes^a; horum hinc inde tutrices
 Cis urbem speculari falas^b, citra^c quoque flumen.
 20 Dic igitur praepulchra polis, quod Danae¹ munus
 Libavit tibimet soboles Plutonis amica,
 Tempore quo praesul Domini et dulcissimus heros
 Gozlinus temet pastorque benignus alebat.
Hec, inquit^d, miror, narrare potest aliquisne?
 25 *Nonne tuis idem vidisti oculis? Refer ergo!*
 Vidi² equidem, iussisque tuis parebo libenter.

A. 885.

- Haec tibi nempe litaverunt libamina saevi:
 Septies aeras centum praeter iuniores
 Quamplures numero naves numerante carentes,
 30 Extat eas moris vulgo barcas resonare^e;
 Quts adeo fartus Sequanae gurgis fuit altus
 Usque duas modicumque super leugas fugiendo,
 Ut mirareris, fluvius cui se daret antro,
 Nil parens; abies quoniam velaverat illum
 35 Ac quercus ulmique simul, madidae sed et alni^f.
 Urbem quo tetigere quidem Titane³ secundo,
 Egregii Sigefredus adit pastoris ad aulam,
 Solo rex verbo^h, sociis tamen imperitabat,
 Vertice flexo ad pontificem sic inchoat ore:
 40 *O Gozline, tibi gregibusque tuis miserere,*
Ne pereas, nostris faceas dictis, rogitamus;
Indulge siquidem, tantum transire quaeamus
Hanc urbem; tangemus eam numquam; sed honores
Conservare tuas conemur, Odonis et omnes.
 45 Hic consul³ venerabatur, rex atque futurus.
 Urbis erat tutor, regni venturus et altor.
 Haec contra Domini praesul fidissima iecit:

a) scilicet pontes. b) tures. c) ultra. d) scilicet civitas. e) nominare.
 f) ex istis enim arboribus erant naves compositae. g) die. h) nam carebat
 regno, ideo solo verbo erat rex.

1) i. e. Danorum, Nortmannorum. 2) Vox poetae. 3) i. e.
 Odo comes.

- Urbs mandata fuit Karolo nobis basileo¹,
Imperio cuius regitur totus prope kosmus²*
- 50 *Post Dominum, regem dominatoremque potentum,
Excidium per eam regnum non quod paciatur,
Sed quod salvoetur per eam sedeatque serenum.
Ut nobis, si³ forte tibi commissa fuissent
Moenia, quodque peregrisses iustum tibi narras,*
- 55 *Quid fore sancires? Sigemfredus: Caput, inquit,
Esis honore meum, canibus demum quoque dignum.
Toxica, ni tamen his præcibus cædas, tibi tela
Nostra ministrabunt castella die veniente,
Decedente⁴ famis pestem, hoc peragentque quotannis.*
- 60 *Haec ait, atque dehinc abiit, sociosque coegit.
Sic caput Aurora rapuit perdente duellum.
Nempe ruunt omnes ratibus turri⁵ properantes,
Quam feriunt fundis acriter complentque sagittis.
Urbs resonat, cives trepidant, pontesque vacillant;*
- 65 *Concurrunt omnes turrique iuvamen adaugent.
Hic comites Odo fraterque suus radiabant
Rotbertus, pariterque comes Ragenarius; illic
Pontificisque nepos Ebolus⁶, fortissimus abba.
Hic modicum praesul iaculo palpatus^a acuto,*
- 70 *Hic eius iuvenis miles simili^b Fredericus
Est ictus gladio; miles periit, seniorque
Convaluit, sese medicante Dei medicina.
Hic vitae multis extrema dedere, sed acres
Pluribus infigunt plagas, tandemque recedunt,*
- 75 *Exanimis Danos secum multos referentes;
Iam occidui medium vergebat ad ultima Tile⁷
Climatis australis quoque Apollo secutus Olimpho⁸.*

a) est vulneratus.

b) scilicet cum.

1) i. e. rege. 2) i. e. mundus. 3) i. e. si tibi, ut iam nobis, moenia commissa fuissent, et peregrisses quod nunc tibi gratum esse dicis (scil. tradidisses ea). 4) XX scil. die. 5) hodie Porta Parisiorum seu Magnum Castelletum. BOUQ. 6) Gozlini ex sorore nepos. BOUQ. 7) i. e. Thule. 8) i. e. Olympo.

Nil prorsus species turris renitens erat adhuc A. 885.

Perfectae, fundamentis tantum bene structis

80 Ac modicum ductis sursum factisque fenestris

Gaudebat; belli sed eadem nocte peracti

Altius haec circumductis crevit tabulatis;

Lignea sescuplae siquidem superadditur arci.

Sol igitur Danique simul turrim resalutant;

85 Praelia devotis^{a-1} iaciunt inmania valde;

Pila volant hinc inde, caditque per aera sanguis,

Conniscentur eis fundae laceræque balistae;

Nil terras interque polos aliud volitabat.

At turris nocturna gemit dardis terebrata —

90 Nox fuit eius enim genetrix, cecini quoque supra —

Urbs pavitat, cives strepitant, et classica^b clamant

Absque mora tremulae cunctos succurrere turri,

Christicolae pugnant, belloque resistere curant.

Belligeros inter cunctos gemini radiabant

95 Plus aliis fortes, alter comes, alter et abba:

Alter Odo victor, bellis invictus ab ullis,

Confortando fatigatis vires revocabat,

Lustrabat iugiter speculam perimens inimicos;

Qui vero cupiunt murum succidere musclis^c,

100 Addit eis oleum ceramque picemque ministrans,

Mixta simul liquefacta foco ferventia valde,

Quae Danis cervice comas uruntque trahuntque.

Occiduunt autem quosdam, quosdamque suadent

Amnis adire vada. Hoc una nostri resonabant:

105 *Ambusti Sequanae ad pelagos concurrite, vobis*

Quo reparent alias reddendo iubas mage comptas!

Fortis Odo innumeros tutudit. Sed quis fuit alter?

Alter Ebolus huic socius fuit aequiperansque;

Septenos una potuit terebrare sagitta,

a) fidelibus. b) cornua. c) ferris. musculus est quo muri perfodiuntur. hinc quasi murusculus dicitur. fit autem similis cuniculo.

1) i. e. christianis.

- 110 Quos ludens alios iussit praebere quoquinae¹. A. 885.
 Hisce^a prior^b mediusve fuit circumve nec ullus;
 Fortiter ast alii spreta nece belligerabant;
 Verum stilla quid est simplex ad caumata mille?
 P geminum^c fidos^d raro quamvis vegetabat^e,
- 115 Mque^f truces posthac^g chile^{h. 2} — serantaⁱ chile^k id extat^l —
 Hice recenter eunt vicibus turrim, iuge^m foediⁿ
 Ingeminant bellum; clamor fremitusque fit altus,
 Ingentesque replent voces hinc inde ruentes
 Aethera, saxa fremunt parmas quatientia pictas,
- 120 Scuta gemunt, galeae strident traiecta sagittis.
 Huc^o praeda redeunt equites, certamina stipant,
 Incolumes adeunt speculam saturique ciborum,
 Anteque durcones^p multi repetunt morientes,
 Quam lapides iaciant illamque^q gravent lapidando.
- 125 Dulce quibus flamen^r Danae^s spirantibus aiunt,
 Quaeque suo lacerans crines lacrimansque marito:
*Unde venis? fornace^s fugis? scio, nate diabli,
 Hanc nullus poterit vestri superare triumphus?
 Non tibi nunc cererem vel apros bacchumque litavi?*
- 130 *Tamque cito quare repedas ad tegmina stratus?
 Haec iterum gestisne tibi poni? redeuntne
 Ellio, sic alii? similem mereantur honorem!*
 Clibanus ob humile quantum^t speculae^u sinuatus^v
 Saeva per ora duit^w quamvis ignobile nomen.
- 135 Ima dehinc ardent eius disscindere scisci⁴:
 En inmane foramen hians, maius quoque dictu!
 Apparent penitus proceres iam nomine citi,

a) scil. duobus. b) scil. in pugna. c) P Graecum si fuerit geminatum CC significat. quia simplex C. Tot enim christiani erant intro. d) fideles. e) sustinebat. confortabat. f) M similiter Graecum XL significat, Chile mille. tot enim erant Normanni id est XL milia. g) deinde. h) I i) XL. k) I. l) est. m) continuum. n) turpes. o) ad hunc locum de. p) naves. q) speculam. r) animam. s) turrim vocabant furnum. t) quantitatem. u) turris. v) curvus pandis. w) dedit

1) i. e. coquinae. 2) i. e. mille. 3) Danorum mulieres; cf. Taciti Germaniam capp. 7. 8. 4) i. e. sciri, scire.

Cristatosque^a vident cunctos, quibus atque videntur, A. 885.

Conspiciuntque viritim omnes non introeuntes.

140 Horror enim vetuit, quod non audacia sumpsit.

Orbita^b mox a turre teres iaculatur in illos,

Bis ternis arcens animas direxit Averno,

Perque pedes tracti numerum complent morientum.

Tum foribus posuere larem^c, Vulcania^d cura;

145 Hinc multare viros rentes^e et perdere turrim.

Fit rogos horribilis, fumusque teterrimus inde

Nubila militibus miscet, succedit et umbris

Scilicet arcs piceis, hora veluti diurna.

Nam tulit haec minime sufferre diu sibi notos,

150 Sed nostri Dominus miserescens vertere iussit

In sortem caecam populi nebulam generantis.

Fortius ille furens Mavors regnare satigit^f.

Signifer en geminus concurrit ab urbe benigna^g,

Lancea bina gerens speculam conscendit, amictum

155 Auribus inmodicis croceum formido Danorum;

Tunc centena quium^h pepulit cum sanguine vitam

Centeno catapultaeⁱ nimis de corpore pernix,

Hospiciumque comas^k ducti lintresque revisunt.

Lemnius hic moritur claudus, magno superante

160 Neptuno, humectant latices incendia fusi.

Pestiferae gentis miles percussus acerbo.

Rotbertus felix iaculo spiravit ibidem,

Atque Deo pauci vulgo periere iuvante.

Erubuere tamen posthac veluti lupus audax

165 Nil rapiens praedae, repetitque quidem nemus altum,

Subtilemque nimis secum retulere fugellam.

Tercentum exanimos flentes Charone receptos

Nox comitans^l, turris studuit vulnus medicari.

Haec duo bella sui residens in limite^m currus

170 Ante November adest, gelidus supplereⁿ Decembri,

Solibus^o is caudam^p ternis quam caederet^q anni.

a) galeatos. b) rota. c) ignem. d) scilicet qui est. e) sperantes. f) studuit.
g) Parisio. h) pro quorum. i) sagitta. k) scil. per. l) sequens.
m) fine. n) complere. o) Diebus. p) finem. q) daret.

Sole suos fulvo radios fundente sub ethre
 Sorte^a Dionisii lustrant^b equidem recubantes
 Macharii^c Sequanae ripas, et castra beatum
 175 Germanum circa teretem¹ componere vallis
 Commixto lapidum cumulo glebisque laborant.

Post montes et agros, saltus^d, camposque patentes
 Ac villas equites^e peragrant peditesque cruenti,
 Infantes, pueros, iuvenes, canamque senectam,
 180 Atque patres natosque necant, necnon genetrices:
 Coniugis ante oculos caedam tribuere marito,
 Coniugis ante oculos strages gustat mulierem,
 Ante patrum faciem soboles necnon genitricum!
 Efficitur servus liber, liber quoque servus,
 185 Vernaque^f fit dominus, contra dominus quoque verna.
 Vinitor agricolaeque simul cum vitibus omnes
 Ac tellure ferunt crudeles mortis habenas.
 Francia iam dominisque dolet famulisque relicta,
 Heroe^g gaudebat nullo, lacrimisque rigatur.
 190 Nulla domus stabilis vivo regitur dominante.
 A tellus opulenta gazis nudatur opimis,
 Sanguivomis, laceris, atris, edacibus^h aequoⁱ
 Vulneribus, praedis, necibus, flammis, laniatu,
 Persternunt, spoliant, perimunt, urunt, populantur
 195 Dira cohors, funesta falanx, cetusque severus.
 Posse favebat eis actutum, velle quod ipsum
 Omnia se visum gestabant ante cruentum.
 Valles^k diffugiunt humiles, tumidi^l prius Alpes,
 Arma, simul diamant^m lucos cum corde fugaci.
 200 Nemo patet, fugiunt omnes, heu! nemo resistit.
 Sic decus a regni pro posse tulere venusti,

a) in parte. b) scil. gentiles. c) sancti. d) silvas. e) Normanni.
 f) famulus. g) Domino. h) consumentibus. i) equali . . . k) pauperes
 valde fugiunt. l) superbi homines. m) valde amant.

1) S. Germain d'Auxerre, figura rotunda. BOUQ.

Sic celebris specimen^a cimbis portant regionis! A. 885.
 Terribiles inter acies tamen adstitit acta
 Parisius ridens media inperterrita tale.

205 Ergo bis octonis^b faciunt mirabile^c visu,
 Monstra rotis ignara, modi^d compacta triadi,
 Roboris^e ingentis, super argete^f quodque^f cubante
 Domate sublimi cooperto. Nam capiebant
 Claustra sinūs archana^g uteri penetralia ventris^h

210 Sexaginta viros, ut adest rumor, galeatos.
 Unius obtinuere modum formae satis amplae
 Completis autem geminis, ternum peragendoⁱ
 Mittitur arte^k fala^l vexare^m falaricaⁿ binos.
 Artifices^o nervis iaculata uno quoque plectro.

215 Sic nobis loetum^q primi meruere paratum;
 Mox monade^p necata obiit saevissima dias^r.

Mille struunt etiam celsis tentoria rebus
 Tergoribus collo demptis tergoque iuvencūm.
 Bis binos tressisve^r viros clipeare^s valebant^t,

220 Quae^u pluteos^v calamus vocitat cratesve^w latinus.
 Nox nullam recipit requiem nullumque soporem;
 Veloces acuunt, reparant, cuduntque sagittas,
 Expediunt clipeos, veteresque novi efficiuntur.

Cumque senis Foebi fulgor iam scandit in almas

225 Quadrigas agilis, noctemque repellit opacam,
 Atque suos oriens oculos demittit in urbem,
 En proles Satane subito castris furibundae
 Erumpunt, trepidis nimium telis oneratae;
 Ad turrim properant, tenues ut apes sua regna

230 Distentis adeunt humeris casiaque thimoque

a) ornamentum. b) carri XVI rotis . LX hominum capaces. c) opus.
 d) mensurę coniuncta trinitati. e) quercus. f) unumquodque. g) scil.
 illius arietis. h) sc. arietis. i) i. e. dum tertium perageretur. k) per
 artem. l) turri. m) allidere. n) balista. o) magistrus. p) unitate
 percussiois. q) dualitas Norm. r) tres. s) contegere. t) ten-
 toria. u) tentoria. v) plutei sunt grates coreo crudo intextę quae hosti
 obiciuntur. w) coriatas.

1) i. e. ariete. 2) i. e. lethum.

- Arboreisque simul vel ameni floribus agri: A. 885.
 Haud secus infelix populus contendit ad arcem
 Pressis fornicibus^a humeris ferroque tremente.
 Ensibus arva tegunt, Sequanam clipeis, et in urbem
 235 Plumbea mille volant fusa densissime mala
 Atque serunt pontes validis speculas catapultis.
 Mars hinc inde furit surgens, regnatque superbus;
 Totius ecclesiae cumvexa^b boando metalla¹
 Flebilibus vacuas supplent clamoribus auras.
 240 Arcs nutat, cives trepidant, ingensque tubarum
 Vox resonat, cunctosque pavor cum turribus intrat.
 Hic proceres multi fortesque viri renitebant;
 Antistes Gozlinus erat primas super omnes,
 Huic erat Ebolusque nepos Mavortius abba;
 245 Hic Rothbertus, Oddo, Ragenarius, Utto, Eriolangus;
 Hi comites cuncti, sed nobilior fuit Odo,
 Qui totidem Danos perimit, quot spicula^c mittit.
 Dimicat infelix populus pungnatque benignus.
 Tres armavit atrox cuneos, quibus obtulit arcu
 250 Maiorem, picto^d ponti^e geminosque^f parone^g,
 Hanc^h sat opinati superare, huncⁱ si potuissent.
 Haec bellum patitur, multo maiora set ille;
 Haec depicta gemit vario sub vulnere rubra,
 Ille virum luget vires obitusque fluentes.
 255 Sanguine nulla via urbis adest intacta virorum,
 Prospiciens turrisque nichil sub se nisi picta
 Scuta videt, tellus ab eis oblecta latebat.
 Inde super cernens lapides conspexit acerbos,
 Ac diras, ut apes dense, tranare cateias^k.
 260 [Iuppiter aspiciens dardos prospexit acutos]²
 260 Inter sese aliud turrimque nichil metit aether.
 Vox inmensa, metus maior, strepitusque fit altus.

a) arcubus. b) curva. c) sagittas. d) cum picto. e) scil obtulit.
 f) cuneos. g) navigio. h) turrim. i) pontem. k) dardos.

1) campanae. BOUQ.

2) versus postea expunctus.

A. 885.

- Hi bellant, isti punnant, resonantibus armis
 Praelia Normanni exacuunt crudelia sane.
 Nullus habet terrae totidem qui vivere natus^{a.1}
- 265 Indutos gladiis pedites spectaret in unum,
 Et tanta miraretur testudine picta.
 Hac sibi confecere polum vitam nutrientem²,
 Quem nullum superare caput cupiebat eorum,
 Ast infra capiunt tetre necis arma frequenter.
- 270 Mille dabant punnam pariter stantes in agone,
 Mille simul, turrim quoniam contingere cuncti
 Haud una poterant, turmis certare studebant.
 Arcs speculans, nudis quoniam chelis^b inimicus
 Ingeminat populus certamen et ore patenti,
- 275 Erectas taxos^c arcos convertit in uncos^d;
 Unius hinc iaculum transmittitur os in apertum
 Quem subito conans alius clipeare^e migrantem,
 Nempe cibum gustat primus quem reperat^f ore;
 Adveniens autem numerum qui clauderet alnum^g,
- 280 Hos nitens geminos auferre latenter, et ipse
 Perculsus faretra, turri veniam quoque poscit.
 Sub clipeo illos alii conduntque trahuntque,
 Unde furore nimis pingues bellum renovarunt.
 Scuta cient planctus, saxis ferientibus, ipsa,
- 285 Sanguineasque vomunt voces galeae subeuntes
 Aethera, crudeli lorica mucrone foratur.
 Respiciensque suas et quos fundaverat artus
 Omnipotens fabricas modicum Danis superari,
 Exhibuit nostris vires animosque valentes,
- 290 Inpertitus eis sensus equidem tremebundos.
 Tum pereunt miseri, pluresque vehuntur ad altos
 Ponentes animas torquentibus arma faselos^h.

a) filius. b) brachiis. c) inos. d) id est arcos non tensos tetendit.
 e) contegere. f) traxerat. g) trinitatem. h) naves.

1) Nullus terrae filius habet vivere (i. e. vivit) qui — 2) i. e. protegentem.

- Iam Titan celeres missos praemittere curat
 Ocaeano, pompare thoros otium^a quibus abdat.
 295 Torvaque plebs quae iam cecini tentoria turri
 Texta tulit silvis flenti, caesisque iuvenis,
 Quis noctem quidam bello quidamque sopore
 Praeteriere, quibus circumtrivere^b meatus,
 Pennivolas acies^c vibrari^d felle madentes,
 300 Militibus noctu eximiam cernentibus^e arcem.

- Mane quidem flagrante novant certamina plenis
 Arma trucum terris fixa testudine giro.
 Certabant plures alii fossata studere,
 Quae circa resident illam^f, sulcosque replere;
 305 Hinc glebas specubus frondesque dabant nemorosas,
 Atque suo segetes etiam fetu viduatas,
 Prata simul, virgulta quoque, et vites sine gemmis,
 Hincque senes tauros pulchrosque boves vitulosque,
 Postremumque necant elegos, heu! quos retinebant
 310 Captivos, sulcisque cavis haec cuncta ferebant,
 Idque die tota stantes agitant in agone.

- Hocce pius cernens praesul, clara lacrymando
 Voce vocat domini Salvatorisque parentem:
Alma redemptoris genetricis mundique salutis,
 315 *Stella maris fulgens cunctis praeclarior astris,*
Caede tuas praecibus clemens aures rogitantis;
Si tibi me libeat missas unquam caelebrare,
Impius atque ferox saevus crudelis et atrocis,
Captivos perimens, laqueo necis inreliatur!
 320 Arce repente volans telum deferre satigit
 Antistes Gozlinus, huic^g quod flendo precatur,
 Qui vinctos vinctus mortis dimisit habenis,
 Atque miser sociis tendit clipeumque pedemque.
 Os solvit, virtute ruit, sulcosque replevit
 325 Mensurans terram, spirans animam male natam,

a) requiem.
 studientibus.

b) composuerunt.
 f) turrim.

c) sagittas.
 g) Normanno.

d) ad vibrandas.

e) cu-

Captivos iuxta tritos gladio nimis eius.

A. 885.

Urbs in honore micat celsae sacrata Mariae,

Auxilio cuius fruimur vita modo tuti;

Hinc indicibiles illi, si forte valemus,

330 Reddamus grates, placidas reboemus et odas,
Vox excelsa tonet, laudesque sonet quia dignum:

Pulchra parens salve Domini, regina polorum,

Nostra nites altrix, orbis constas dominatrix;

Quae saevis manibus Danam gladioque minace

335 *Solvere Luteciae plebem dignata fuisti,*
Luteciaeque satis poteras conferre salutem,
Quae lubrico Salvatorem cosmo genuisti.

Caelicoli caetus, virtutes ac dominatus,

Primatusque, potestatesque, thronique polorum,

340 *O genetrix sobolis summi regis celebranda,*
Te gaudent, recolunt, laudant, venerantur, adorant,

O felix uteri thalamo quae claudere mater,

Quem coeli nequeunt, tellus, vastum mare, quisti;

Atque tuum delecta patrem nobis peperisti.

345 *Luna micans solem multo plus te renitentem*

Fudisti terris, et eas quo plena manebas

Inradiando, genus nostri lapsum reparasti.

Ergo cui, regina poli, componere quibo?

Sanctior es cunctis, sexu felicior omni.

350 *Cultorum miserere tui iam nata potentis;*

Gloria, laus et honor, radiansque decus tibi semper;

Sit benedicta Dei mater sceptris in Iesu.

DIERESIS.

Foebus abit, noctisque redit caligo serенаe,

Excubiisque nequam^a turris saepitur opimis^b

A. 886.

355 Aurora girante polos, girantur et arces;

Mortiferis siquidem telis quatientibus illas,

Arrietes conflant^c, unumque locant ab eoo

In turrim, contemplatur septentrio celsa

In portas alium; tenuit contra latus eius

a) Normannorum.

b) copiosis.

c) movent.

- 360 Oc- que- cidens ternum. Magno cum pondere nostri A. 886.
 Tigna parant, quorum calibis dens summa peragrat,
 Machina quo citius Dandum quisset terebrari;
 Conficiunt longis aequae lignis geminatis
 Mangana quae proprio vulgi libitu vocitantur,
- 365 Saxa quibus iaciunt ingentia, seo iaculando
 Allidunt humiles scaenas^a gentis truculentae.
 Sepe quidem cerebrum cervice trahunt eleanorum,
 Vah! multosque terunt Danos, plures quoque peltas^b.
 Immunis^c clipeus fractu nullus fuit hictus^d,
- 370 Quem^e talis tetigit, non ullus morte misellus^f.
 Ast infelices foveas supplere falanges
 Nequiquam tendunt, potuere replere nec ullam.
 Nitebantur enim arietibus pessumdare turrim;
 Quos quoniam nequaeunt aequis deducere campis,
- 375 Corripiunt ternas rabidi kimbas^g satis altas
 Frondivagis equidem silvis gravidare flagrantes,
 Postremum Vulcanus eis inponitur ardens.
 Flammivomas oriens dimittit eas pedetemptim.
 Anguinisque^h trahebantur ripas secus ipsae
- 380 Ad pontem, seu conspicuam conburere turrim.
 Silva vomit flammam, arent latices pelagique,
 Terra gemit, virides herbae moriuntur ab igni;
 Lemnius atque potens Neptuno stat pede tritoⁱ,
 Regna poli furvus penetrat, nubesque peragrat.
- 385 Hinc tellus et ager, limfae caelique cremantur;
 Urbs luget, speculaeque timent, et menia deflent;
 Heu, quam magna oculis manant lacrimosa beatis
 Flumina! Dant pulchri iuvenes, sed et alba senectus,
 Merentes gemitus, matresque iubas laniando
- 390 Terga dabant siccae, crinesque per arva revolvunt —
 Hae colafis nudata suis iam pectora tundunt,
 At secuere genas aliae lacrimis madefactas!
 Tum trepidant cives, cunctique vocant celebrandum

a) lobias. b) scuta. c) inlesus. d) percussio. e) clipeum.
 f) scil. fuit immunis. g) naves. h) funibus. i) contrito.

- Germanum: *Miserere tuis, Germane, misellis!* — A. 886.
- 395 Parisius praesul fuerat sanctissimus olim,
 Inlustrabat eam cuius venerabile corpus —
 Menia Germani nomen recinunt; et in omni
 Exclamat miles spēcula primique virorum:
O famulis, Germane, tuis succurrere disce!
- 400 Littora seu liquidi laticis¹ pelagus cīaet² altum,
 Sidereosque thronos quibus emicat, ut iubar almus
 Verberat innumerus, echo comitante, boatus;
 Germanum respondet et urbs vocitantibus ipsum.
 Concurrunt matres pariter iuvenesque puellae
- 405 Ad sancti tumulum, suffragia poscere grata.
 Infelix et ob hoc populus subiit nimis alta
 Gaudia, subsannans cives Dominique catervam.
 Scuta dabant alapis reprobo risu saturatis,
 Argutoque tument horum distenta boatu
- 410 Gutturā, et, urbanis plangentibus, aera magno
 Implentur sonitu, clamore minus nihil amplo;
 Vox auditur in excelsis, et luctus in aethris!
 At Deus omnipotens omnis fabricae raeparator
 Orbis, adest praecibus sancti rogatus, et ipse,
- 415 O Germane, venis humili succurrere plebi
 Auxilio, lapidumque salire struem super altam
 Flammivomas puppes, pontem ne lederet ulla,
 Ipse coegisti; pontem sustentat is agger.
 Continuo Domini populus descendit ad ignes,
- 420 Quos mergens in aquas, naves cepit sibi victor;
 Hincque Dei sumpsit felix gaudere caterva,
 Unde prius duxit gemitus magnosque dolores.
 Sic nostris geritur, bellumque diesque recedit,
 Noxque falam gurdīs^b mandat custodibus ipsam.
- 425 Sole suas nondum claras subeunte quadrigas,
 Sub luce reveunt crates sua ad oppida furtim,

a) vocat. b) ineptis, stultis.

1) i. e. Sequanae.

- Arrietes, carcamusas vulgo resonatos,
 Dimisere duos; pallos vetuit removere;
 Quos nostri capiunt gaudenter depeculantes.
- 430 Rexque Danos retulit Sigefredus super omnes,
 Quem turris metuit proprios sibi vellere ocellos^a.
 Sicque, iuvante Deo, durus Mavors requievit.
 Ianuarii¹ suprema dies statuit triduana, EPISINALIFFA.
 Haec finire sequens studuit certamina mensis.
- 435 Tercia lux huius fuerat belli, recolendae
 Sancta genetricis tunc purificatio Christi,
 Quae nostre tribuit plebi gaudere triumpho.
- Praeterea conscendit equos avibus otiores
 Infortuna cohors, repetens partes orientis,
- 440 Francia quas nondum populatas tristis alebat.
 Cuncta prius dimisa necans, magalia^b poscit
 Quae Rotbertō aderant Faretrato agnomine claro;
 Cuius erat milles tantum obsequio modo solus,
 Una domus retinebat eos. Miles seniori:
- 445 *Normannos contemplor, ait, cursim venientes!*
 Rotbertusque suum cupiens admittere^c scutum,
 Nil vidit, quoniam populus suus abstulit illud,
 Quem Danicos iussit cuneos idem speculari.
 Ense forum nudo petiit tamen obuius illis,
- 450 E quibus occidit geminos, et tertius ipse
 Incubuit morti, nullo sibi subveniente.
 Unde nepos eius nimium tristans Adalaelmus
 Consul^d intererat populo, cui talia dixit:
Eia viri fortes, clipeos sumatis et arma,
 455 *Ulciscique meum raptim properemus avunculum!*
 Haec inquit, villam petiit, congressus acerbis
 Illicet hos vicitque trucidavitque nefandos;
 Normanno villam victor moriente replevit.
 Nil reliqui, prohibente fuga, retulere paroni^e.

a) portas. b) casas. c) recipere. d) comitis. e) navigio.

1) *Ianuari* pronuntiandum, ex glossa marginali.

460 Haec eadem Rotbertus erat nitens operari. A. 886.

Post aequor^a residens almi niveam^b secus aulam
Scandere Germani temptant crebrius vocitati,
Eius qua speciem constat lucere sepulchri.

Hic iacuit suimet iugiter venerabile corpus,

465 Nobilisque monasterium cunctis fuit illud,
Nustria quae refovere sinu discebat in amplo.
Hinc propriis fuerit famulis gestatus in urbem.
Ipse^c Danos, quicumque dabant vestigia prato,
Militibus speculam cernentibus^d urbis in eius

470 Rure sitam, fugiente mora tradit capiendos.

Ecclesiam cuius^e penetrans lacerare fenestras
Ictibus arboreis unus vitreas lanionum,
Continuo amenti rabie confunditur atrox
Curribus Eumenidum piccis artatus^f ab almo^g,

475 Morsque sequens miserum perdit, pietate remota,
Hisque fatigatus causis inferna petivit.

Mi Germane sacer, cura ne spiritus olim
Illa meus subeat, cuius miracula canto.

Haec et quo supplere queam, faveas precor, alme;

480 Summa patris summi, natiq̄ue, rogato^h, columbaⁱ
Ore meo sedeat, mentem repleat, pie domne,
Actibus atque sacris virtutum floribus ornet,
Expulsis sestrice^l sacra^k vitiis procul atris.

Torriculi scandens alius sublime cacumen,

485 Mutat iter per quod subiit, gressus quoque volvit
Ardua praecelsi nimium per culmina templi;
Ossa cui fraegere sacri fastigia tecti,
Germani meritis urgentibus. Hoc super urbis
Pergama^l stans venturus^m Odo rex prodidit omni

490 Stipanti semet plebi, digito manifestans.

a) pratum. b) pulchram. c) sanctus. d) custodientibus. e) sancti.
f) coniunctus. g) sancto Germano. h) postula. i) Spiritus sanctus.
k) columba. l) menia. m) futurus rex.

1) vox obscura; videtur esse femininum (propter *sacra* [columba]) vocis hic tertiam divinitatis partem, i. e. Spiritum sanctum, exprimentis.

Ipsè Danum semet retulit vidisse cadentem.

A. 886.

Tercius adveniens oculos direxit in amplum

Mausoleum sancti, nolens quos liquit ibidem.

Quod subiens quartus, superis est demptus ab auris,

495 Obtulitque sub occidua mox sorte sopitus.

Fortunate tui quintus, Germane, parentis

Accelerat reserare thorum; primo sed adempto

Percutit hinc saxo proprium pectus, patientem

A cathedra cogens animam decedere pestis,

500 Quae nolens baratri tetigit caenacula tetri.

Illustrem sobolis sanctae servat genitorem

Dextera, leva sacram prolis retinet genetricem;

Est Eleutherius pater, est Eusebia mater.

Pro dolor! en medius cecidit pons nocte silenti,

505 Obsitus alluviis tumida bachantibus^a ira.

Nam sparsim Sequana circumfudit sua regna,

Exuviisque¹ suis obtexerat aequora campum.

Australis gestabat eum^b vertex, sed et arcem

Quae tellure manet sancti fundata boati².

510 Urbis inherebant^c dextris, alter^d sed et altri^e.

Mane quidem surgente Dani surgunt simul acres,

Atque rates subeunt, armis onerant clipeisque,

Transque natant Sequanam, turrim cinguntque misellam.

Multa dabant illi densis certamina telis.

515 Urbs tremuit, lituique^f boant, lacrimisque rigantur

Moenia, rusque gemit totum, pelagusque remugit.

Aera circumeunt lapides et spicula mixtim;

Exclamant nostri, clamantque Dani simul omnes;

Terra tremuit, nostri lugent, laetantur et illi.

520 Dumque volunt, cives nequeunt succurrere turri

Atque viris bello deferre iuvamen anhelis,

a) discurrentibus.

b) pontem.

c) pons et turris.

d) pons.

e) turris.

f) cornua.

1) aquis.

2) ita distincte codex; fortasse i. q. invocati sancti. Pith. legendum coniicit beati.

A. 886.

- Quos valide numero bellantes sub duodeno
 Rumfea vel formido Dandum non terruit umquam.
 Difficile est dictu bellum, set nomina^a subsunt:
- 525 Ermemfredus, Eriveus, Erilandus, Odaucer,
 Eryic, Arnoldus, Solius, Gozbertus, Uvido,
 Ardradus, pariterque Eimardus, Gozsuinusque.
 Seque neci plures^b sociarunt ex inimicis.
 Hi^c quoniam nequeunt animis curvarier atris,
- 533 Aestibus accingunt carpentum arentibus arcis
 Ante fores gurdi^d miserandae gramine plenum;
 Fulmineisque velut Foebo sub rura procellis
 Nox vacua celi specie^e confunditur alta,
 Fas^f nulli arridente suum contemnere doma¹ —
- 535 Haud secus occuluit fumus speculam catapultis
 Immersis aliquantisper fervore^g tonante.
 Quisque^h rogi proprios flatus ne clade perirent
 Accipitres loris permisit abire solutis,
 Quemⁱ dum iam cupiunt omnes extinguere, desunt
- 540 Vasa quibus possent latices haurire fluentes.
 Namque Danum formidabant ausum fore nullum
 Aequora iam confessoris contingere gressu,
 Pansa prius propter meritis miracula sancti.
 Haud^k modicam retinent solum nisi quippe lagenam,
- 545 Quae claram iaciendo focos Sequanam super altos,
 Servantum fugit digitis dilapsa sub illos^l;
 Vulcano periit claudo Neptunus inermis.
 Larque^m super turrim saliit, contrivit et omnem.
 Robora congeminant gemitus oppressa sub igni,
- 560 Plus bello dominante rogo. Dimittitur illa
 Militibus, pontis subeunt extrema relicta.
 Prelia constituuntⁿ illic nova savaque saevis,

a) bellantium. b) quia XXX occiderunt. c) XII. d) stulti Normanni.
 e) pulchritudine. f) licito. g) ignis. h) ex XII. i) rogam.
 k) scil. ideo. l) focos. m) ignis. n) XII.

1) domum.

Donec ad alta caput flexit Phoebus vada ponti.

A. 886.

Pila dabat rupesque simul celeresque cateias

555 Plebs inimica Deo, pransura Plutonis in urna^a;

Sed quia conflictus talis^b superare nequibat^c,

Militibus clamare: *Fidem cepit, sed inanem,*

Ad nostram properare, viri, nolite timere!

Pro dolor! alloquiis sese credunt male finctis,

560 Sperantes praecio redimi potuisse sub amplo;

Non alias vere caperentur luce sub illa,

Heu, nudi gladium subeunt gentis truculentae,

Et caelo mittunt animas livore^d fluente;

Martyrii palmam sumunt caramque coronam.

565 Mox reliquis^e ut visus adest^f gentilibus Erveus,

Rex, quoniam facie splendens formaque venustus^g,

Creditur, atque sui donis grassante^h tuetur;

Protenusⁱ intuitu fuso cernendo^k sodales

Dilectos plecti^l, tamquam leo sanguine viso

570 Ipse furit, conansque manus vitare tenentum,

Undique vi voluit semet ceu nexus, ut arma

Sumeret, ulcisci^m proprios socialeque vulnus;

Obtentuque carens ipso, sic insuperata

Limphantesⁿ potuit qua voce tonavit in aures:

575 *Cedite me tensa cervice, pecunia prorsus*

Nulla meam tractet vitam, morientibus istis!

Vivere quid sinilis? Frustratur vestra cupido!

Quae lux haud eius, micuit sed crastina flatu.

Quae voces, quae lingua, quod os, aedicere possunt

580 Bella tot his prato egregii commissa relati^o?

Quotque necaverunt Normannos hic? quot et urbi

Duxerunt secum vivos? Iam nullus eorum

Tunc audebat agrum sancti conscendere latum.

Quorum, prae terrore, virum certamina promo,

a) olla.

b) duodecim qui erant in turre

c) scil. XII.

d) sanguine.

e) i. e. paribus.

f) a.

g) scil. erat.

h) praedone.

i) longe.

k) dum cereret.

l) decollari.

m) ad ulciscendum.

n) dementes

o) ab his; Germani *glossa saeculi XVI.*

- 585 Corpora crudeles Sequanae tradunt sine vita, A. 886.
 Laus eorum¹ iugiter nomenque per ora virorum,
 Insignesque simul mortes et bella volabunt,
 Sol radiis donec noctis pompare tenebras^a,
 Luna diem, stellae pariter componere discant.
- 590 Prosternuntque dehinc speculam de morte dolentem
 Custodum. Cecidit telo quatiente Danorum
 Signifer; hic artus misit flatumque Charoni.
 Nemo meis super hoc dictis insurgere bello
 Decertet; siquidem nemo nil verius ullus
- 595 Expediet, quoniam propriis obtutibus hausi;
 Sic etiam nobis retulit, qui interfuit ipse
 Atque natando truces gladios evadere quivit.
 Tum Sequanam saliunt, Ligerumque petunt patriamque.
 Has inter geminas peragrant praedam capientes,
- 600 Quam regio ipsa meo pandet iussu dominante.
 Interea sperans Ebolus, fortissimus abba,
 Gentiles quod in hanc issent cuncti, prope solus
 Arce ruit^b, dardumque ferens castella petivit
 Illorum, hastamque vibrans proiecit in ipsa;
- 605 Non sonipes retulit nobis hunc, nec tulit illuc.
 Confestim socium nixus munimine, saeva
 Castra petit, murosque ferit; quo Lemnius adsit
 Ipse iubet; pugnant nostri, constantius illi;
 Argutus^c nimium fremitus iam fumat ab illis,
- 610 Exiliuntque foras, vulgusque fugant sine tactu,
 Extiterant plures quoniam nobis; tamen illis
 Obvius hic Ebolus, sociique simul, stetit heros.
 Haud illum fuerant audentes tangere ferro;
 Quingentis etiamsi tunc subnixus adesset
- 615 Qualis et ipse fuit, castris sese daret ultro,
 Ast animas propria de sede repelleret omnes;
 At quia militibus caruit, sic ludere cessat.

a) discat.

b) saltu cecidit.

c) sonorus.

1) i. e. quorum.

Nustria, nobilior cunctos regionibus orbis, A. 886.

- Quae vaste fuëras procerum genetrix dominantum,
 620 Ne pigeat eapta turri producere, quaeso,
 Quot vel quas hausere^a Dani palmas tibi, necnon
 Ubera quot pecorum mulsere tuum peragrando
 Distentum variis tractum gazis tamen olim^b.
Mi soboles^c, aliquis censere potest? Etiamsi VOX NVSTRIAE.
 625 *Affuerint cunctae volucres, erumpere voces*
Tot nequeunt, hominum quot equum pecudumque boumque
Sublegere^d mihi natos natalisque suamque;
Flumina balatu agnorum, mea graminae laeta
Prata sonant^e denso mugitu tempe iuvenam,
 630 *Cervorumque nemus rauco clamore remugit,*
Grunnitisque mei silvas scindebat aprorum.
Haec mihi subduxere truces, si noscis et audis!

- Haec oculis equidem petii, sistens super urbis
 Moenia, nec visu claudebantur neque ritmo^f;
 635 At quoniam cingi nequeunt pratis nec ab agris,
 Efficitur bostar Germani antistitis aula,
 Completur tauris, suculis^g, simisque capellis.
 Longa trahunt illic suspiria tumque dehiscunt^h,
 Corpora flant dulces ventosⁱ cruciante dolore.
 640 Adveniunt stabulatores^k, ea ferre quoquinae
 Nitentes, cum iam maneant epulae innumeratis
 Vermibus, ecclesia quorum fetore repleta;
 Exportant^l, Sequanae referunt^l, non nempe quoquinae,
 Ecclesiamque piant bovis, nec caeditur ultra.
 645 *Legisti praedas, etiam cognosce trophea!* VOX NUSTRIAE.
Restitit^m oppida quaeque capi supraema voluntas;
Obfuit at, Domino tribuente, infirma potestas².
Carnoteno³ innumeros conflictus applicuerunt

a) traxerunt. b) fuit plenum divitiis. c) Nustrigena enim fuit hic metricus.
 d) furati sunt. e) sonabant. f) numero. g) vitulis. h) ora aperiant.
 i) spiritus. k) Normani. l) extra ecclesiam. m) superfuit.

1) illa animalia. 2) Hic versus deerat olim in editis. 3) Chartres.

- Allofli, verum liquere cadauera mille* A. 886.
 650 *Hic quingenta simul, rubeo populante duello.*
Una dies istum voluit sic ludere ludum,
His ducibus, Godefredo, nec non et Odone;
Belligeri fuerant Uddonis consulis ambo.
Idem Odo praeterea opposuit se saepius illis,
 655 *Et vicit iugiter victor. Heu, liquerat illum*
Dextra manus bello quondam, cuius loca cinct
Ferrea, pene vigore nichil infirmior ipsa!
Nec satius quicquam sortiti apud hi Cinomannos,
Haud equidem reliquae cesserunt suavius urbes.
 660 *Iam quia Apollo^a rogat, calamus requiem mereatur.*

TERMINATUR PRIMUS.

ORDITUR SECUNDUS BELLORUM PARISIACAE POLIS
 CODICELLUS.

- Surgito Musa celer, lampas accendit eoa^b* A. 886.
Climata, luciferam propra praevertere plantam.
Saxonia vir Ainricus fortisque potensque
Venit in auxilium Gozlini, presulis urbis,
 5 *At tribuit victus illi loetumque cruentis*
Heu paucis, auxit vitam nostris, tulit amplam
His predam. Sub nocte igitur quadam penetravit
Castra Danum, multos et equos illic sibi cepit.
Agmen Ainrico cedente nimis lanionum,
 10 *Efficitur celsus nimium clamor fremitusque;*
Deserit unde quies nostros, et menia^c vallant.
Inmodicas voces flavere Dani morientes,
Inmenso resonant cives clangore, paventes
Ut solitum paterentur ab his ex more laborem.
 15 *Sic et Ainricus postremum castra reliquit,*
Culpa tamen, fugiente mora, defertur ad arcem.
Pila ministrabant acidas^d referendo salutes.

a) sol. b) orientalia. c) urbis. d) acres.

Ianua militibus reseratur, comminus acre
Urgetur bellum, clipei labuntur et enses.

- 20 Vita meos adamat dextros oditique sinistros,
Infestos adamat mors, vita gubernat amicos.
Inde sopor repetit cives miserosque fugella.

- Rege Sigemfredo simul ast Odone loquente,
Protenus^a a specula currentes agmine multo,
25 Ducere forte truces secum conantur Odonem;
Qui primum feriendo, falae fossata volatu
Transsiliit propero, clipeum gestansque cateiam^b.
More suo functus bello versus stetit heros;
Exiliere viri domino suffragia dantes,
30 Nobilibusque stupent eius super artibus omnes.

- Conspiciens Sigemfredus nostros in agone
Esse feros, inquit sociis: *Hanc linquite sedem,
Hic non stare diu nostrum manet^c, hanc sed abire!*
Ergo suas ut Ainricus secessit ad aulas
35 Germani teretis contemnunt litora sancti,
Aequivocique legunt, cuius factis bene vescor,
Circumeunt castris aequor^d, seo et undique vallo
Clauditur à dominusque meus, quasi carcere latro,
Ipse nichil peccans; murus circumdedit eius
40 Ecclesiam nostro celsam cogente reatu.

- Denique rex dictus denas capiens argenti
Sex libras nitidi nobis causa redeundi,
Normannis sese cunctis comitantibus, optat
Mel dulcis fluvii limfis conferre marinis,
45 Qualiter osque freti caudam Sequanae rapit albam
Equoreumque caput pennis quatitur Sequaninis
Ostentare^e; sed his^f autem nolentibus, inquit:
*Eia Dani, muros urbis lustrate potentes;
Pergama circumquaue viri vestite valentes,*
50 *Et scapulas arcu validisque honerate sagittis!*

a) procul. b) dardum. c) est. d) pratum. e) optat. f) paganis.

Quisque ferat lapides, sed et undique tela ministret! A. 886.

Hoc etiam bellum conabor et ipse videre!

Quo sermone quiescenti, surgunt simul omnes,
In-que-sulas penetrant, urbis sedes quibus^a extat,

55 Menia circumeunt trucibus gladiis honerati.

Degressique foras nostri circumdare turres,
Occidunt reges geminos pluresque aliorum,
Fallacesque fugam diamant^b verique triumphum.
Annis in auxilium nobis Sequanae fuit altus,

60 Quos^c sorbens penitus mersit, transmisit Averno.

Sigemfredus ovans, ridens morientibus inquit:

*Nunc vallate viri pinnas, urbem capitote,
Mensurate metris aedes, quas hic habitetis!*

Inde suis: *Abeamus*, ait, *tempus venit ecce,*

65 *Quo gratum fuerit nobis istinc abüsse!*

Mox hilaris Sequanam liquit pro munere sumpto.

Sic alii facerent, eadem^d si tunc meruissent.

Quis sentire potest, patula quod subditur aure?

Terra gemat, pontusque, polum, latus quoque mundus:

70 Gozlinus, Domini praesul, mitissimus heros,

Astra petit Domino migrans, rutilans velut ipsa^e,

Nostra manens turris, clipeus, nec non bis-acuta
Rumphea^f, fortis et arcus erat, fortisque sagitta!

Heu! cunctis oculos fontes terebrant lacrimarum,

75 Atque pavore dolor contritis viscera scindit.

Tempestate sub hac Hugo princeps obit abba,

Evrardo Senones viduantur praesule docto;

Gaudia tunc hostes adipiscuntur sua laeti.

Qui^g vigiles madidae per opaca silentia noctis

80 Germanum nitida clarum vidisse figura

Se perhibent, moetasque^h sui lustrasse locelli,

Lumine gestantem rutilanti sepe laternam,

Quo sancti redolent artus forsan tumulati.

Instabant eius festae sollempnia lucis;

a) scil. insulis.

b) valde amant.

c) aliquos.

d) munera.

e) astra.

f) gladius.

g) hostes.

h) fines.

- 85 Obiurgantur et hi castellanis, quia sacra
 Non celebrant, alto inde ruunt cum mente cacinno.
 Mergitibus^a plaustrum per rura movent gravidatum,
 Cuspide terga boum verso nimium stimulantés.
 Protinus his propriae claudis sine crimine causae
- 90 Connectunt alios, pluresque dehinc aliosque;
 Certabant elegi^b scapulis cornuque iuveni,
 Iamque lavant proprias rubeo de sanguine costas,
 Nonque valent axem terris disiungere fixum,
 Attonitique stupent domni miracula nostri.
- 95 Solvuntur tauri, stimulusque ferox requievit.
 Lux segetis recidiva rotas spoliis vacuavit,
 Atque suis clodum revocavit motibus axem.
 Effugiens horum^c quidam iussus iugulari,
 Templam subintroiit sancti, tenuit quoque bustam^d.
- 100 Pellitur inde miser profuga pietate necandus;
 Vae miseris! multant elegum, multantur et ipsi;
 Quod munus dederant socio, simili pietate
 Germani meritis nactum^e cuncti meruerunt,
 Caelitus afflicti nimium pro talibus ausis.
- 105 Unde sacerdotes statuere, locum venerantes,
 Qui missas cursusque^f sacros illis celebrassent.
 Tunc omnes^g cuiquam prohibent hinc tollere quicquam;
 Quod violans unus, proprio deferre cubili
 Ecclesiae tegmen studuit; sub quo manifeste
- 110 Effigies¹ eius repetita fuit puerilem,
 Scilicet eventu nulli similante minuta,
 Nota quibus fuerat pridem, nec noscitur ullo
 Oppido, miror ubi venae nervique laterent,
 Ossaque fugerunt pariter fugiente medulla,
- 115 Viscera speluncae tenuis foveam petiere.
 Maior habebatur magnis — mirabile factum —

a) garbis. b) miseri. c) Normannorum. d) sepulchrum. e) consecutum.
 f) horas canonicas. g) scil. saevi.

1) effigies eius repetita fuit (i. e. repetivit, imitata est) puerilem (scil. effigiem), scilicet minuta (imminuta eventu) unico.

Is qui nunque minor pueris moriens patet esse, A. 886.

Vitaque^a cum gemitu fugit indignata sub umbras!

Visus adest cuidam Domini sanctissimus idem.

- 120 Pectore carpenti requiem per nubila noctis
 Marcelli sanctis precibus necnon Clodoaldi
 Accipiens liquidam manibus benedicere limpham,
 Unde rigans urbem, graditur per menia circum;
 Huicque viro proprium promisit nomen, sed et urbi
- 125 Spem spondens, faciem liquit se conspicientem.

Nobilis hac et in urbe fuit vir carne liquescens,
 Deficiens etiam flatu metuebat obire,
 Castellumque capi Normannis tempore in ipso.
 Attulit huic cives somnus se linquere velle,

- 130 Urbs armis quoniam cunctis deserta manebat;
 Clericus inde venustatis mirae astitit illi
 Ore loquens placido, rutilans vultuque sereno:
Quid metuis? surgens tremulos deponere timores,
Obliataque fuga quamplures cerne paratos

- 135 *Ad bellum!* Surgens alacer, muros videt omnes
 Vallatos cuneis iuvenum galeis oneratum.
 Voxque tonat: *Tutoribus his defenditur haec urbs;*
Ast ego sum Germanus, ait, huius quoque praesul.
Confortare, nihil formidabis, quoniam nunc

- 140 *Faucibus haud sceleratorum grassabitur haec urbs!*
 Affatur sanctus, redamatque virum caro flatus;
 Affatur felix, fugitque virum mala pestis;
 Alloquitur sanctus, lecto surrexit egrotus;
 Almis faminibus sospes procedit egrotus,

- 145 Explicuit visu noctis quod noverat ipse.

Luce dehinc quadam, dum gestabatur et almi
 Militibus propriis corpus per moenia circum,
 Urbanis septum sectantibus omnipotentem
 Perrogitando Deum votis sub voce canora,

- 150 Caeditur allofilo^b de portatoribus unus
 Nomine Gozbertus calclo^c, percussor in umbras

a) illius. b) a pagano. c) lapide.

- Tartareas fugit moriens, icto^a patiente
 Nil super hoc lapidis iactu, sancto auxiliante.
 Interea caedis validae corrupta procellis
 155 Urbs patitur gladium exterius, loeti quoque pestis
 Eheu nobilium plebes penitus^b laniabat;
 Interius nec erat nobis tellus, obeuntum
 Quae praebere sepulturam membris potuisset
 Comminus^c; ulla dies nec erat, quae non generasset
 160 Urbanos^d interque suburbanos truculentos
 Bella, nec ulla abiit prope quae non interfectos
 Pestiferos secum duxisset ad antrâ gehennae.
 Rex igitur venturus^e Odo transmittitur inde
 Francorum Karolo suprafato basileo,
 165 Quatinus auxilio caeleri succurreret urbi.
 Post nullus procerum remanet nisi Marcius abba¹
 Sepe supra cuius memoratio scripta relucet.
 Ipse aequites ex more Danum vestire coegit
 Sex solos, redeunte die quadam, super arva
 170 Transque volant illi^f Sequanam camposque peragrant.
 Ex variis plenos armis sevoque sopore
 Normannosque necant totidem fuerant quot et ipsi.
 Nascitur hinc strepitus castris; horum resonante
 Voce, truces carpunt clipeos nostrique carinam.
 175 Nostra Dionisii tondebant littora sancti
 Pecora, quae duxere^g sibi crebro speculata;
 Verum illis Ebolus ingiter fuit obvius abba,
 Qui quorum comitem quadam stravit vice telo;
 Unde Dani linquunt ripam, referuntque cadaver.
 180 Mox Ebolus senos equites dimisit ab arce,
 Quattuor hi ternosque necant certamine diro.
 Nocte quidem cives crebrius pecorum sub opaca
 Custodes adeunt, quosdamque fugant, aliosque
 Attribuunt iugulis, hoc egeruntque frequenter;

a) percusso monacho.

b) intrinsecus.

c) prope id est cum manibus.

d) cives.

e) futurus.

f) sex.

g) Normanni.

1) Ebolus.

- 185 Indicioque tulere^a Danos urbi sine flatu
Atque simul vivos, ut sic credi potuissent.
In-que-sulam penetrant solito quadam vice ritu,
Moenia qua resident urbis saevi trecenti;
Protinus ense quium^b bino stravere^c novenos,
190 Vulnera deposuere^d quibus triginta, nec extat
Posse datum quarti lumen spectare diei.
Congressi nostrum gemini, qui morte fruentes
Egregia sanctos vexere pedes super astra;
Nam senior Segebertus erat, iunior Segevertus.
195 Forte deinde tribus cuneis cinctus galearum
Armipotens montis super Odo cacumina Martis¹
Enituit, cuius clipeos novus inradiavit
Sol, croceo Oceani thalamo vastipede spreto;
Hunc prius elios² adamans quam rura salutat,
200 Quem visu capiunt cives, et amore sub alto.
Ast hostes prohibere fores turris cupientes,
Transsiliunt Sequanam, vallantes littora circum.
Reddidit Odo tamen castellanis equitando
Se, medios inter sevos, Ebolo reserante
205 Huic portas^e, cunctique stupent hoc nobile factum.
Hinc eius socios retro statim redeuntes
Ferreus insequitur hostis, post terga meando;
Plus geminis etiam leugis interfuit illis
Dictus Adalelmus superis pridem comes; idem:
210 *Eia*, suis inquit, *satius pergamus in illos,*
Quam nos hic illi inveniant! Adalaelmus hoc inquit;
Pestiferi petiere fugam, nostrique tropheum.
Scuta tonant; dardique volant, et corpora Danum
Consulis arva tegunt, gladio regnante Adalelmi.
215 Non dimisit eos, donec repedare coegit
Ad fluvium, posthac et ovans victorque reversus.

a) cives. b) quorum. c) scilicet duo ex nostris. d) commendaverunt.
e) turris.

1) Mont-Martre. 2) ἥλιος.

- En et Ainricus, superis^a crebro vocitatus, A. 886.
 Obsidione volens illos vallare, necatur.
 Inque suos, nitens Sequanam transire, Danorum
 220 Rex Sinric, geminis ratibus spretis, penetravit
 Cum sociis ter nam quinquagenis, patiturque
 Naufragium medio fluvii, fundum petiturus,
 Quo fixit, comitesque simul, tentoria morti.
 Hic sua castra prius Sequanae contingere fundum
 225 Quo surgens oritur, dixit, quam linquere regnum
 Francorum, fecit Domino tribuente quod inquit.
 Denique cum medius Titane^b incenditur orbis,
 Cumque sitit tellus pecorique libet magis umbra,
 Sibilat et gratus silvas zephyrus per amenas,
 230 Pergama loetiferis stipantur ab hostibus urbis,
 Quae^c passim patiebatur certamen, et unum
 Bellabant muri, speculae, pontes quoque cuncti,
 Pugnabat pelagus, contra tellus magis ampla.
 Classica^d valde tonant, mensis^e discedere cives;
 235 *Eus*, clamant litui^f, *convivia temnite cuncti!*
 Urbs terrore, simul cives, invaditur omnis;
 Nullus in urbe locus fuerat, qui bella lateret.
 Pila falas^g, laceraeque tegunt nimium catapultae
 Arva, velut pluviae, plumbi nec non onerosi
 240 Poma dabant peltis gemitus et grandia saxa;
 Haec nobis illi tribuebant praemia semper.
 At contra lapides rapidos pariterque balistas
 Direxere feris nostri, celeresque sagittas.
 His aer seritur hinc inde volantibus amplum;
 245 Non inter caelos aliud tranabat et arva.
 Mars magis atque magis regnat tumidusque superbit:
 Virgo Dei Genovefa caput defertur ad urbis,
 Quo statim meritis eius nostri superarunt;
 Inde fugaverunt etiam pinnis procul illos.
 Robore^h qui multus fuerat sed corpore parvus,

a) in superis. b) a titane. c) scil. urbs. d) cornua. e) scil. a. f) cornua.
 g) turres. h) vi.

A. 886.

- Gesserit hoc miles quinis comitatus ab armis^a,
 Gerboldus, nusquam cuius petiit catapultae
 Sanguinei rostrum siccam^b sine fluminis unda.
 Partibus ex aliis^c longe surgunt acriora
 255 Praelia, plangores clipeique cient galeaeque
 Stridores; nostri bellant, sed fortius illi.
 Defecere fatigati bello quoque dextri.
 Pro dolor! alta nimis flentes lamenta trahebant.
 Cana senecta gemit multum florensque iuventa;
 260 Plorabant monachi, lacrimatur clericus omnis,
 Aera voce tonant, luctus sed et ethra facessit^d.
 Hi tristes animos urbem metuendo revelant
 Hoste capi; caelo laeti torquere cachinnos,
 Moenia vocisonos rentes lucrare, severi.
 265 Femineusque iubas sexus lugens lacerando,
 Verrebat terras proprio de crine soluto.
 Eheu! nuda suis quatiebant pectora pugnis,
 Un-que-gulis facies secuerunt tristia ac ora.
 Voce rogant lacrimosa omnes: *Germane beate,*
 270 *Auxiliare tuis, alioquin nunc moriemur!*
O pie, nunc succurre citus, succurre perimus!
 Germanum reboat tellus necnon fluviusque,
 Littora, et omne nemus pariter circum resonabat:
O Germane sacer, nobis miserere, rogamus!
 275 Templorum campana^e boant merentia, clamant,
 Vocibus his et humus tremuit, flumenque remugit;
 Urbs extrema verens instantis carpere lucis
 Omina, lamentis lacrimans spargebat^f amaris.
- 280 Omnibus, en Germanus adest, recolendus in Orbe,
 Corpore subsidioque simul, nil vota moratus,
 Quo maiora tenebantur certamina Martis,
 Signiferosque Danūm lucrari morte^g coegit,
 Atque dehinc alios perplures, protenus^h urbe

a) armatis. b) terram. c) scil. urbs. d) replet. e) signa. f) replebat.
 g) scil. a. h) longe ab urbe.

- Ponte simul p̄llens illos; quem maxima turris
 285 Ante suos domnum speculans congaudet ocellos.
 Unde fatigati vires revocant sibi fortes,
 Atque resistere decertant bellando protervis,
 Qui^a turrim repetunt, pontem vel menia linqunt.
 Mille simul speculae stabant, omnes quia pugnae
 290 Multo non una poterant numero prohibente.
 Dilabuntur humi vario traiecta mucrone
 Viscera, quo^b pluvie celo ratibusque feruntur^c.
 Iam capiente iubar migrans sub marmora Tetis
 Oceano, foribus turris submittitur^d altus
 295 Valde focus; flammae praecelsa cacumina turris
 Cingebant, armis pugnant ignique sinistri.
 Linquntur arcs dextris, valvasque iubent aperire,
 Optantes prorsus praeciosam scandere mortem
 Plus, quam fallacum fidei committere semet.
 300 Nemo stetit supra speculam, solus nisi sepe
 Iam Sancti famulus¹ dicti, lignum Crucis almae
 In flammam retinens, oculis haec vidit et inquit;
 Densus enim fumus nimium velaverat illam.
 Tum portis igitur reseratis, aridus ense
 305 Portu ni madido moritur Vulcanus inermis,
 Subtilemque fugam petiere cadavera torvi
 Multa reportantes secum, Mavorsque quievit.
 Haec virtute Crucis sanctae victoria nostris
 Caeditur, et meritis Germani antistitis almi,
 310 Quem reveunt ad basilicam Stephani quoque testis^e,
 Gaudentes populi praecelsa tē reboantes
 Voce: *Deum tē laudamus, dominumque fatemur!*
 Urbis erat praesul clarus, tutamen et urbis
 Mesticiam alterutrim nactae sic letitiamque.
 315 Funditus his animo versus^f tamquam mare choro^g,
Cernere, Francigenis inquit, parate sub urbem

a) protervi. b) sicut. c) scil. Normanni. d) a gentilibus. e) martyris.
 f) scil. Karolus. g) vento.

1) scil. ipse poeta.

- Sexcentis statum nostris suggestibus^a aptum.* A. 886.
Talia me coram fures^b? Iussis opus addunt^c.
 Dum tamen hos^d trames revehit primatis ad aulam,
 320 Sectantur, glomerant cuneos posterga^e nefandi^f,
 Committunt^g, superant^h, cedunt, fugiuntⁱ, moriuntur.
 Templata fugax coetus^k penetrat confinia muris
 Victorum, gemini quandam — mirabile narro —
 Ecclesiam inrumpunt, farsam de morte^l relinquunt;
 325 Post et equos saltu repetunt^m paribusque coherent.
 Sic ternis Sequanam Martisque cacumina stratis
 Sexcenti copulant ex milibus, hinc remeantque;
 Namque triumphantes fratrum promisit geminorum
 Fama fuisse Teoderici procerum ast Aledramni.
 330 En princeps de quo canitur, circumdatus armis
 Omnigenis, caelum veluti splendoribus astra
 Induperator adest Karolus, comitatus opimo
 Diversi populo labii, tentoria figens
 Sub Martis pedibus montis, speculamque secundum.
 335 Redditur ecclesiaeque diu pastor viduatae
 Nobilis egregiusque sacrae pompatus honore
 Totius Anschericus virtutis germine clarus;
 Annuiturque feris licitum Senones adeundi, A. 887.
 Septies argenti libris causa redeundi
 340 Martis mense datis centum sua ad impia regna.
 Tunc glaciabanturⁿ torpentis saecula Novembris;
 Sic Karolus rediit, moriturus sine propinquo.
 Nomina, tunc ensem quorum perpessa fuisti, A. 886.
 Nec vocitare^o prius, pigra o Burgundia bello,
 345 Nustria praeclivibus^p thalamum nisi comeret altis^q
 Iam tibi consilio facilis, verum modo iam scis^r.
 Inde revertentes^s nato sua castra reponunt A. 887.
 Iam dicto, templum sancti velut ante colentes.
 Quattuor hic dominusque mei Germanus in usum

a) sedibus. b) servi scil. ausi sunt agere. c) scil. Francigeni. d) DC Francos.
 e) eorum. f) pagani. g) scil. Normanni praelium. h) scil. Franci. i) scil.
 Normanni. k) pagan. l) pagan. m) scil. illi duo. n) gelascebant. o) pro
 vocitabas. p) nobilibus. q) nutritis filiabus. r) scil. nomina Norm.

- 350 Contractos nimium membris priscum revocavit,
Motibus atque suis admoberat organa^a fibris,
Subducto genibus dudum pedibusque parato^b
Iure suo; extinctisque fenestris unius orbi
Restituit radios solis spectare micantes.
- 355 Beisino huc adiens inter saevos comitatu
Laesa nihil quodam, meritis sed tuta beati
Femina, post quaedam meruit lumen quoque caeca.
Cuius^c ad accubitat puteus¹ vestigia, cuius
Qui potabit aquas, extemplo^d, febre laborans,
- 360 Auxilio sancti fidens capiet medicinam.
 His^e panem cupiens quaedam componere, iussit
Vi sibi scotta² Danum deferri — namque sacerdos
Templa tuens, puteum vendebat egris praecio amplo —
Depositus^f flammae panis, mox ipse figuram
- 365 Sanguinis accepit rubeam; post^g altera^h forte
Scitur vi conansⁱ latices, hausisse cruorem.
 Quis tanti peragrarare potest miracula sancti?
Ora mihi si mille aderant, totidem quoque linguae
Vocibus explentes aer caelumque boatu,
- 370 Gesta mei narrare patris numerumve nequissim.
Hic Germanus, hic est, qui passus adhuc renitere
Haud mundo, cunctis nimiumque stupenda perēgit,
Fundere signa prius didicit genetricis in alvo,
Anteque virtutem celsam quam cernere lucem.
- 375 Talia quis, lector, sanctorum gesserit umquam?
Caedo^k, sacer forsan, sodes^l, bapstista Iohannes;
Ergo meus similis Germanus huic habeatur.
Iste cadaveribus ternis vitam revocavit,
Restituens lapsis proprias sedes animabus.

a) nervos. b) reparato. c) sancti. d) mox. e) aquis. f) commendatus.
g) denique. h) dana. i) haurire. k) dic. l) si audes.

1) Exstat etiamnum puteus iste. BOUQ. 2) Legendumne *scotta*?
i. q. scortum; certe scotta quaedam Danorum hic mulierem quandam
Danam significat,

- 380 Urbs age Parisius sub quis defensa fuisti A. 887.
 Principibus? *Me quis poterat defendere, primas* VOX URBIS.
Hic nisi Germanus, virtus et amor meus omnis?
Post regem regum sanctamque eius genetricem
Rex meus ipse fuit, pastorque, comes quoque fortis;
- 385 *Hic ensis bisacutus adest meus, hic catapulta,*
Is clipeusque, patens murus, velox sed et arcus.
 His^a quia sat silvae^b resonant, filomela quiescat.
 Plectra revolvamus vocis post terga stuporum^c.
 Foedere quo fragili fuerant infecta, loquamur,
- 390 Agmina Normannum Francis e finibus antra
 Ad sua nolentum descendere, sed Sequanina
 Immo fluentia cupiscentum, tua rursus adire.
 Quae argentum sibimet retinendo novalia monstrent,
 O Burgundia non^d; simulata cupido latebat;
- 395 Quod sequitur cordi affuerat, sed hoc tamen ori.
 Concipiunt igitur Thetis nitendo quadrigas
 Munere clam^e gratum pontes transcendere iusto.
 Illicet Anscherici defertur episcopi ad escas;
 Ast Ebalii ferclis^f inerant Titane secante
- 400 Lucifluam cernente poli gnomone^g figuram
 Multiplici remo contundere pocula^h limfae.
 Scandere gentiles undas conclamat eoas
 Parisius; surgit securus uterque ciborum,
 Arma ciunt, ripasque legunt, pinnasqueⁱ facessunt.
- 405 Hic Ebalus raptat cordam vibratque sagittam;
 Quam nauclerus in ascellam per navis iatum
 Praevius accepit, modicum terebroque foratum.
 Sic auriga necis casus pelagique faselus
 Quin^k patitur; restant igitur^l caeduntque sub arcem
- 410 Acephali^m; quoniam Christum perdunt, caput ipsumⁿ.
 At^o vero veniam^p deposcunt, obsidibusque
 Iusiuranda parant, aliud non tangere litus
 Ni Sequanae, gressumque referre cito, velut ante;

a) scil. de. b) populi. c) miraculorum. d) scil. cupiebant. e) sine.
 f) mensis. g) horologio. h) alveos. i) muros replent. k) certe. l) Norman.
 m) cur dicuntur acephali? n) scil. perdunt. o) deinde. p) pacem.

- Nam nobis dederant tranquillū Matrona flumen A. 887.
 415 Quidquid alit, solito securum quod^a vocitamus.
 Hoc^b nostris violare Danos ingens erat horror,
 Unde forū foedus pariter commune fiebat,
 Una domus, panis, potus, sedes, via, lectus,
 Commixtum sibimet populum mirantur utrumque,
 420 Quod pactum Senones primum statuere migrando
 Hactenus et servaverunt, quoad usque secundo
 Menibus invitis superos latices adipisci
 Fas^c meruere dato^d; barcas per flumina raptant.
 Eheu, catholicos secum^e per littora vitae
 425 Bisenos siquidem aut necibus lorisve picarunt.
 Mox adhibent propriis vitam sine mandere castris
 Vallatam geminis^f mortem sine tegmine^g prunas^h,
 Quaeⁱ nostri praecibus sperarunt tuta tenere.
 Securum frangunt, Senones tempnunt, Matronamque
 430 Aequoreo curru sulcant. Mandatur et urbi.
 Guttura millenis crepitant, planctu quoque, bombis^k;
 Pax communis^l abit, foedus pessumdatum omne.
 Continuo cuncti torvos^m disquirere cives
 Urbe, foro, currunt, aliqui si forte paterent.
 435 Euaxⁿ, inveniunt quingen, plagisque trucidant.
 His micuit praestans Ebolus Mavortius abba,
 Ni cupidus^o nimium, lascivus, et omnibus aptus;
 Nam pulchre nituit studiū quae gramma ministrat.
 Foederis antistes causa permisit abire
 440 Anschericus tentos, potius concidere debens.
 Inde feri Meldis feriunt, urbem quoque vallant.
 Interea Karolus, regno vita quoque nudus, A. 888.
 Viscera Opis^p divae conplectitur abdita tristes,
 Laetus Odo regis nomen regni quoque numen^q,
 445 Francorum populo gratante faventeque multo

a) scil. tranquillū. b) scil. securum c) licitum. d) scil. licito subeundi.
 e) scil. qui erant fines. f) i. e. lignis et cineribus. g) scil. duorum. h) carbo
 si fuerit munitus flamma et cinere semper vivit. alioquin moritur. i) scil. castra.
 k) sonis. l) quae fuit inter christianos et Normannos. m) crudeles. n) inter-
 ectio laetantis. o) scil. csset. p) deꝝ terrꝝ. q) scil. conplectitur.

- Illicet, atque manus^a sceptrum, diademaque vertex^b. A. 888.
 Francia laetatur, quamvis is Nustricus esset,
 Nam nullum similem sibimet genitum reperire^c.
 Nec quia dux illi Burgundia defuit, eius
- 450 Nustria ad insignis nati concurrit honorem.
 Sic uno ternum congauDET ovamine regnum.
 Praeterea astutos petiit praeceps Aquitanos;
 Mox sibi subiectis, Francorum regna revisit,
 Moenia Meldis adhuc Danis stipantibus urbis,
- 455 Cui praesul fuerat residens in ea Segemundus;
 Praesulis Anscherici Tetbertus, belliger heros,
 Germanus, consul^d. Minime Delius neque Febe^e
 Apportabat ei spatium^e, iuge sed sibi bellum
 Undique constat, eisque tamen per multa^f resistit.
- 460 Perdidit innumeros, quotiens^g ex agmine saevo
 Exiliens, citra muros pessumdare tetros.
 Flamina quot tulerat telis, orare^h nequibo.
 Pro dolor! armipotens inter mortalia defit
 Arma ruens, nunquam sibi principeⁱ subveniente,
- 465 Exitiumque polis^k posthac cum praesule capto
 Passa luit^l; regi hinc felix micat omen Odoni! HYRONIA.
 Denique Luteciae revolant ad culmina tutae. A. 889.
 Convocat huc omnes proprios per regna morantes,
 En, sine iam numero numerum praestans Odo nectit.
- 470 Francigeni approperant alta cum fronte superbi;
 Calliditate venis acieque, Aquitania, linguae,
 Consilioque fugae Burgun- adiere -diones.
 Sessio fit non longa satis frustrata triumpho.
 Nescio quis socios lusit Danosque cecidit
- 475 Non paucos, modico quamvis, ut fama^m, popello,
 Quoⁿ ventus veniens, Ademarum nomine dictus.
 Sclademarumque dehinc binos^o iugulis dedit, isque

a) Odonis. b) scil. complectitur. c) pro reperiebat. d) scil. erat. e) re-
 quiem. f) i. e. multum. g) sepius. h) loqui. i) rege. k) urbs.
 l) sustinuit. m) scil. fuit. n) sicut. o) Normannos.

1) i. e. Phoebe.

Deditus est idem primus; primum duit^a umbris A. 889.
Luteciae torvum, postquam primo patuere.

480 Principium gladii tenuit finemque recepit,
Hoc^b super infidos, illum^c corpus super eius.
Rotberti fuerat pugnax comitis Sclademar.
Dispulerat^e galeas terror propriumque sub urbem
Lunatas stadiis libitum peltas trecentis.

485 Praeterea quadringentis a mille remotis
Acefalos prostravit humi peditum comitatus
Agmine tercentum pastor, certamine acerbo
Nobilis Anschericus, pollens ex Virginis ore;
Sic alacres spoliū revehunt ad moenia multum
490 Urbani, praestante Deo qui regnat ab alto.

Expeditamus abhinc dignos Odone triumphos.
Falconem vocitant equitum quo milia vicit
Dena novemque dehinc Montem^d peditumque profana.
Hoc illi vicibus peperit natale tropheum

495 Lux praecursoris Domini catecasta^e Iohannis.
Quippe latus utrimque viris comptus clipeatis
Mille, legebat iter, quando tyronis ab ore
Venantis canibus lepores nemorosa per arva,
Panditur adventare aequites per millia sevos.

500 Id^f scutumque simul recipit, colloque pependit;
Armaque cum sociis stringit, penetrans inopina
Praelia. Solamen celeste petit, rapit atque
Viscera, deponunt alii clipeos, animasque;
Terga parant reliqui regalibus in quibus armis

505 Ex pueris libuit ternis requiescere Odonis.
Tunc dixit^g propriis: *Istos fortasse secuntur
Ast alii, idcirco pariter statum glomerate;
Si fuerit verbum super hoc, ne differat ullus!*
Adiecit: *Subeam tumulum^h specularier ipse;*

a) dedit.
singularis.

b) scil. principium gladii.
f) scil. nuncium.

c) finem.

g) scil. Odo.

d) disperserat.
h) montem.

e) una.

1) Montfaucon inter Mosam et Axonam oppidum. BOUQ.

- 510 *Si vos perculerit clangor, nullum mora vincat!* A. 889.
Cornu suum poscens, scopulum scandens, videt ecce
Armisonos lento pedites incedere gressu;
Tunc tuba cuius ab ore boans, mox omnia late
Excitat, anfractusque per astra per arva volabant,
- 515 Omnibus atque modis solido^a fractoque ciebat.
Omne nemus responsa dabat voci^b famulando,
It tuba cum celeri bombo per cuncta elementa.
Nil mirum, quoniam regale caput tonat, inquam.
Ergo sui infrenant currus^c, saltu quoque scandunt,
- 520 Allofilum in medium migrant, unusque^d securis
Vibratu pepulit conum^e de vertice regis,
In humeros lapsus; Domini verum quia christum^f
Tundere praesumpsit, ventum^g de pectore iecit
Hospite continuo iaculator principis ense.
- 525 Pugna adolet, ponunt animas cum sanguine gurdi^h;
Infames traxere fugam, primasque tropheum
Milia totⁱ Foebo stravit spectante sub uno,
Perpete tum gladio, donec a finibus illos
Francorum sequitur^k, prohibet^l. Verum nihil illud
- 530 Ad suimet^m requiem iuivit, quia mox Aquitanos A. 892.
Linquere se, numenque sui postponere, novit.

Appetit ergo furens illos, vastans populansque
Arva modoⁿ vulgus^o quamvis concludere nisus^p
Urbes adversus, minimum tamen aucta^q facultas.

- 535 Forte sed insurrexit eis, spreto aetheris arce
Sole sub undivaga posito testudine ponti,
Consul Ademarus, regi copulatus eidem
Progenie, cuius memini^r. Proserpina dudum
Huic cessit, cuneos dum profligavit Odonis;
- 540 Umbra fugat stellas, Ademarus ab agmine^s vitas;
Dormit Odo, consanguineus^t sua proterit arma.

a) sc. modo. b) regis. c) equos. d) Normannus. e) helmum.
f) unctum. g) animam. h) inepti. i) decem et VIII. k) persequitur.
l) eicit. m) Odonis. n) solummodo. o) vastabat. p) esset. q) est ei.
r) scil. Ademari. s) Odonis. t) Ademarus.

Astra micant, primas^a vigilat, sed et avolat ipsa A. 892.
Regia mox consanguinitas^b de sanguine laeta^c.

Talia cur siquidem recinam cum gesserit olim?

- 545 Nam libuit regi dare propugnacula fratri
Rotberto Pictavis, Ademaro tamen haud sic^d.
Nempe sibi cepit^e, plus se quia diligit illo^f.

Inde Limovicas adiens^g Arvernicaque arva,
Praevalidas Wilelmi acies secum^h videt hostis,

- 550 Ni congressuras fluvius medio prohiberet.
Perdidit ergo suos illic Wilelmus honores,
Ugoni regnanteⁱ datos, qui Bituricensis
Princeps extiterat consul; quare fuit actum
Hos inter geminos comites immane duellum.

- 555 Mille super centum defleberat inclitus archos
Claromontinsis Wilelmus Ugone negatos^l;
Iste^k minus^l, numero secum^m maiore remotumⁿ.
Hic Ugo dum tandem capitur mucrone Wilelmi,
Supplicat, ut pietas eius succurreret illi.

- 560 Olli tam sero per verba^o measse respondit,
Ocuis et dicto trans pectora lancea transit.
Ugonis intererant cuneis Rotgarius atque
Valde viri Stefanus fortes, perplura Wilelmi
Loeta suis^p dantes, alter comes Ugonisque

- 565 Ipse nepos^q, alter miles Stefanus nimis audax.
Proh dolor! Ugo necem flesti, Wilelme tropeum^r.

Nuncius interea regalem concutit aurem, A. 893.
Gallia quod mentita sibi sit, portat in ore.

Gnati pressa iugo Karoli collum^s Lodovici,

- 570 Qui vocitatus ut^t celo prenomine Balbus.
Inde movens^u, callem, Germanica quis sibi regna

a) rex. b) Ademarus. c) fertilis. d) libuit. e) scil. Pictavos.
f) Rotberto. g) rex. h) cum rege. i) rege. k) Ugo. l) scil.
deflevit. m) i. e. a millenario. n) scil. illud minus. Hoc dicit quod Wil-
elmus in illo praelio mille et centum perdidit, et Ugo centum cum se ipso. o) i.
e. tarde locutum eum esse. p) propriis. q) Rotgarius. r) scil. ce-
pisti. s) per c. t) ad. u) Odo.

1) i. e. necatos.

- Naviter acciperet, temere disquirere vadit. A. 893.
 Clarus Odo castella petit, vincitque duelles^a,
 Hincce^b fugat Karolum facie^c cunctosque sequaces, A. 894.
 575 Delius ut pellit tenebras, ut Lucina athomos;
 Admittit^d humiles dudum cervice superbos.
 Sermo quis effari poterit, quotiens fuga celsi A. 895.
 Arnulfi induperatoris genitum tulit ense
 Odonis Cendebaldum post terga tonante?
 580 Subsidium Karoli, virtus, spes, hic in^e Odonem;
 Cuius ad obtutus audacia non tamen umquam
 Applicuit; verum nihil id requiei fuit illi^f.

- En iterum misero gemitu loquor affore sevos A. 896.
 Allofilos^g. Terram vastant, populosque trucidant,
 585 Circumeunt urbes pedibus, regnantis^h et aedes,
 Ruricolae prendunt, nexant, et trans mare mittunt.
 Rex audit, nec curat, Odo; per verba respondit.
 O quam respondi facinus non ore dedisti
 Tale tuo. Demon certe proprium tibi favit;
 590 Non tua mens procurat oves Christo tibi missas?
 Longius ille tuum forsitan nec curet honorem.
 Haec ubi fataⁱ receperunt probitate neglecti^k,
 Exultant hilares, barcas agitantque per omnes
 Gallia quis amnes fruitur, terram pelagusque
 595 In ditone tenent, totum tutore ferente!

- Francia cur latitas vires, narra, peto, priscas,
 Te maiora triumphasti quibus atque iugasti
 Regna tibi? Propter vitium triplexque piaculum^l.
 Quippe supercilium^m, Veneris quoque feda venustasⁿ,
 600 Ac vestis preciosae elatio te tibi tollunt!
 Afrodite adeo^o, saltem^p quo^q arcere parentes
 Haud valeas lecto, monachas Domino neque sacras;

a) rebelles.
 e) contra.
 k) despecti.
 o) in tantum.

b) dehinc.
 f) Odoni.
 l) scil. lates.
 p) vel.

c) praesentia, non gladio.
 g) paganos.
 m) superbia.
 q) ut.

d) Odo.
 h) Odonis.
 n) turpis pulchritudo.
 i) dicta.

- Vel quid naturam, siquidem tibi sat mulieres, A. 896.
 Despicias, occurrant? Agitamus fasque^a nefasque^b.
 605 Aurea sublimem mordet tibi fibula vestem;
 Efficis et calidam tyria^c carnem preciosa.
 Non praeter clamidem auratam cupis indusiari^d,
 Tegmine, decusata^e tuos gemmis nisi zona;
 Nulla fovet lumbos, aurique pedes nisi virgae;
 610 Non habitus humilis, non te valet abdere vestis.
 Haec facis; haec aliae faciunt gentes ita nullae;
 Haec tria ni linquas, vires regnumque paternum^f
 Omne scelus super^g his^h Christi, cuius quoque vates,
 Nasci testantur bibli: fuge, Francia, ab istis!
 615 Psallere non tedetⁱ; defit^k tamen actus Odonis,
 Nobilis is quanquam mulcet superas adhuc auras.
 Flagito, quo positor^l possim per amena polorum
 Hoste^m canas, lector, gratarierⁿ atria victo.

EXPLICIT SECUNDUS PARISIACE URBIS BELLORUM
 PRESULISQUE GERMANI MIRACULORUM LIBELLUS.

INGREDITUR TERTIUS CLERICORUM SCILICET DECUS
 TYRUNCULORUMQUE EFFECTUS^o.

- Clerice, dipticas^p lateri ne dempseris umquam;
 Corcula^q labentis fugias ludi fore, ne te
 Laetetur foedus^r sandapila^s neque toparcha^t;
 Machia^u sit tibi, quo ierarchia^v, necque cloaca^w
 5 Non enteca^x nec alogia^y, verum absida^z tecum

a) monendi. b) agendi. c) purpura. d) indui. e) decorata.
 f) scil. linques. g) de. h) scil. III victis. i) scil. me. k) de-
 ficit. l) poeta. m) diabolo. n) laetari. o) utilitas. p) tabellas.
 q) princeps ludi. r) obscenus. s) baccaulus. t) princeps unius loci
 i. diabolus erebi. u) pugna. v) sacer principatus .s. sit tibi. w) festa
 tartari. x) pecunia. y) convivium. z) lucida.

- Commaneat, mentes acrimonia^a non quia mordet.
 Agoniteta^b tuus fiat ambasilla^c, tui mens
 Ne uranium^d praeter cromam^e legat; is quia multis
 Esse deus solet; auodiam^f sectare gemellam.
- 10 Sistere sincophanta^g verere, boba^h tamen adsis.
 Gripphiaⁱ te tangat, carchesia^k, togaque^l crebro.
 Grammaton^m sintecaⁿ frequens sistat tibi longe,
 Absistat vero glauconia^o, criminis offa^p.
 Brathea^q blatta^r dehinc, enclitica^s, prosapiaque
- 15 Militię Christi per te nullatenus absint.
 Amphytappa^t laon^u extat, badanola^v necnon;
 Effpiam^w diamant^x, stragulam^y pariterque propomam^z.
 Agagula^a cęlebs aginat^b pecudes nec ablundam^c.
 Effpia et stragula praetexta^d est aulica^e cura.
- 20 Utitur anabola^f mulier, set abutitur ipsa.
 Convenit invalidis apozima^g nec ne placenta^h.
 Cleronome Codrusⁱ maneat^k unaque disertus;
 Cum fisco^l teneas yppos^m; uxoriusⁿ haud sis.
 Nomine limphatici^o careas, crisostomus^p ut sis
- 25 Aposicrarus^q ades^r, aforismos^s os tibi servet.
 Basileus^t constes^u, abstemius^v, antigraphusque^w,
 Cosmographus^x, solumque tui catascopus^y esto.
 Gimnus ab illicitis, ne sisque biotticus^z actor.
 Acrizimum^a celebres^b oroscopus^c esque^d didasclus^e.
- 30 Inque thoro amphyballum^f habeas, effebus^g et absit.
 Canterus sit habunde tibi, sed amasius^h absit.

a) vigor animi vel corporis industria. b) praeliator. c) venter. d) celestem.
 e) colorem. f) medicinam. g) calumniator. h) vehemens, robustus.
 i) scriptura. k) vasa pastoralia. l) vestis poetalis. m) litterarum.
 n) compositio. o) caligo oculorum. p) massa. q) auri lamina.
 r) purpura. s) inclinativa, humilis. t) tapete undique villose.
 u) laicorum populorum. v) lectus in itinere. w) ornamentum decorum.
 x) valde amant. y) vestem putam vel gumfan. z) claram potionem per linteum.
 a) lenocinatio. b) fugat. c) paleam. d) C. vestis. e) palatina.
 f) ornamentum muliebre. g) aqua cum variis cocta condimentis.
 h) pullis. i) nobilis rhetor vel poeta. k) sis. l) saccus testiculorum.
 m) equos. n) servator uxoris. o) dementis. p) os aureum habens.
 q) minister secretorum. r) adesto. s) breves sermones. t) rex.
 u) sis. v) sobrius. w) cancellarius scriptor. x) mundi descriptor.
 y) explorator. z) secularis, mundanus. a) panem leviter fermentatum.
 b) frequentes. c) horarum inspector. d) praecor. e) magister.
 f) birrum undique villosum. g) inberbis. h) qui ob turpitudinem amat.

- Cerritus^a caveas fore, perifrasticus^b atque.
 Abbachus^c manui, niteatque teologus^d ori.
 Baccaulum^e fauste^f videas te ferre cloacæ^g;
- 35 Prodigus, obliquus^h, monotalmusⁱ, subdolus, haud sis.
 Ludibrium vites, baratrum^k, sectare tropeum^l
 Amphyteatra^m procul tibi stent, egilopiaⁿ necnon;
 Nam scrupulum generant ΨIXH, vexantque pupillas.
 Scandito analogium, crisis^o nitet ore docentis;
- 40 Declina birotum^p, bravium^q capito ac cliotedrum^r.
 Culleum^s habe, diametra^t scias, ergastula^u nesci.
 Apponas emistichium^v, cum distica^w sculpes^x.
 Enoforo^y liba, lotium^z laxare suesce.
 Dilige tu xenodochium^a, zelotipiaque^b odi.
- 45 Hinc acitabula^c doma tuum seu congia^d stringat.
 Pomerium^e curti, pomaria^f congrua^g malis^h.
 Fulgeat ecclesiis ostrum, longe sit oletumⁱ.
 Praedia quala^k tibi statuam, agitent flabra^l flogra^m.
 Eminusⁿ ut gorgon^o fugiat, pota^p diamoron^q.
- 50 Sperne platon^r olon^s, sinposia, quatinus odon^t
 Te lustret; temeson^u vigeas, si non potes insons.
 Lar^v tibi, quo nectar fraglet^w, lucarque^x nec absit.
 Gallonis^y memor esto tui, ambro^z timeto cieri^a.
 Mulio^b strabo tuus^c neque sit, neque agason^d inermis.

- a) fumosus, iracundus. b) circumlocutivus. c) tabula putoria. d) di-
 vinus sermo. e) feretrum. f) feliciter propter. g) fosse. h) distortus.
 i) luscus. k) infernum s. vites. l) laudem victoriae. m) loca spe-
 ctaculi ubi pugnant gladiatores. n) vulnera oculorum. o) aurum. p) currum
 duarum rotarum. q) coronam. r) sellam plectibilem. s) vas pice
 oblitum. t) medietatem sperae, horologium. u) loca exillii. v) dimi-
 dium versum. w) II versus. x) scribes. y) vasi vinario. z) urinam.
 a) domus qua pauperes colliguntur. b) odia. c) vas quo fertur acetum.
 d) mensuras. e) locus vacuus. f) viridiaria. g) s. sunt. h) pomis.
 i) stercus humanum. k) corbes. l) venti. m) virgas, viridiaria. n) longe.
 o) serpentis proprium. p) bibe. q) morittium. r) lutum. s) totum. t) via.
 u) medius sons. v) penus. w) redoleat. x) pecunia de lucis. y) mercen-
 narii. z) elluo, luxuriosus, dissipator. a) vocari. b) custos mulorum
 c) uekus. d) provisor equorum.

- 1) secundum legem Romanam saccus parricidalis est, quo ponuntur
 parricida, gallus, serpens. 2) Beda *pometa* dicit ubi poma oriun-
 tur, *pomaria* quo servantur.

- 55 Abbaso^a quo fuerit, sit hirudo^b frequens^c comitata.
 Disparet^d ac validos intercapedo^e citatim^f,
 Si qua virago^g tuum penetret^h, reminiscere, domaⁱ.
 Bule^k tegat Christi mentem tibi, gausape^l mensam.
 Entole^m te comat, regesque habenⁿ proceresque.
- 60 Abdomen minime superet corpus mage teche^o.
 Uranei^p neotericus^q, atque neofitus^r haud sis
 Dogmatis ac fidei, iugiter sed priseus ab olim.
 Quattuor immo tuum hec ut item^s comitentur in aevum:
 Teche Dei, ieron^t, archonque^u, palinodianque^v.
- 65 Ancisus^w vivas, quin cardiacus^x moriari.
 Ceruleas^y vestes si gestas, posce colimum^z.
 Ducitur anguina^{*} limbus^a arcippio^b nec non.
 Canterius^c antelis^l et postelis^d equitatur.
 Aporiam^e sed et atrophiam^f patiaris, ut acam^g
- 70 Atervam^h appodixⁱ tua mens sibi congerat^k eius.
 Algemam^l mentis anquirunt^m talia verum,
 Apathiamⁿ amendant^o, anteceniam^p quoque largam
 Edificant; agapem^r suffert agape^t nimis apta.
 Nisibus aegidiam^u in giro secteris acutis.
- 75 Agnatos^v teneas aregidiam^w quoque verbi
 Anheles, hostis^x ne sis atratus^y in aslum^z.
 Aulea^a ne angustent animam sceleris, set aprilax^b
 Alluat aethereus, noxis ne apostata^c fias.
 Leva ancile^d geras, dextra agoniamque^e fidei.

- | | | | |
|-------------------------------|----------------------|--|-------------------------------|
| a) domus infirma. | b) sanguisuga. | c) assidua. | d) disiungat. |
| e) intervallum. | f) agiliter. | g) femina virilis animi. | h) intrat. |
| i) tectum. | k) consilium, sermo. | l) mantile. | m) mandatum. |
| n) torques | o) mandatum. | p) celestis. | q) novus. |
| r) novus | s) utinam. | t) sacer. | u) princeps. |
| v) laus iterata et duplex. | w) circumciscus. | x) cardiacus id est pulsum cordis patiens. | |
| y) nigras. | z) lavandariam. |) fune; corda. | a) navis. |
| b) arcus. | c) equus. | | |
| d) que. | e) anxietatem. | f) tenuitatem corporis. | g) amenitatem. |
| h) perpetuam. | i) socia. | k) congreget. | l) dolorem. |
| m) valde quaerunt. | n) impassibilitatem. | o) effugant. | p) merendam. |
| r) alienum laborem. | t) dilectio. | u) capram. | v) consanguineos, propinquos. |
| w) pluviam. | x) daemonis. | y) lugubris. | z) spoliium. |
| a) vela. | b) calor. | c) transgressor. | d) scutum. |
| e) confidentiam, alacritatem. | | | |

1) hic et scriptum ac deletum.

- 80 Auspicio a^a maneat, apogeum^b aliquam^c ampli^d altum.
 Armenum^e cordi tollas, arcisterium^f addas.
 Architriclinus^g amicalo^h amineumⁱ colit atque
 Huic malis etiam apofereta^k autumnus honostat.
 Antropus^l ast agamus^m caelibatumⁿ colat, et sic
- 85 Argiripam^o cernet, patriam^p civesque beatos.
 Haud huic est apoplexia^q cure, sed et astu^r
 Angustat nullos, amartetes^s solet idem
 Antiquare^t, aginat^u venerem, anaboladia^v portat.
 Albuneis^w albert^x pomis huic apofereta;
- 90 Virtutes cunctae comitantur amiciter illum;
 Hunc non allidunt affurcillando^y sinistri^z.
 E baccho quoniam bittunt^{*} geniti bibiones^a,
 Blatterat^b amineo^c si constiterint et eidem
 Indignum referens brancho^d prorsusque brutescit,
- 95 Haud illa^e bittit^f, quo quisquis honore bimetur^g
 Burra^h probumⁱ, fateor, buteonem^k qui arva bidentat^l.
 Hic set et ingenuus similem retinent genituram.
 Buggeus^m apparatⁿ et burgos^p, verum biliosus^q
 Apparat atque boson^s taphium^t sibi sibiliosum^u.
- 100 Sic^v animae corpus vita componit amarum^w,
 Laeta set Omnipotens, si mens felix^x, parat astra.
 Comiter hoc cunctos moneas tu, miles herilis.
 Praeterea cum quis noxam clandestinat antro^y
 Cespitat atque coagmentat^z si crimina virtus,
- 105 Communit mentem, coalescens^a comiter eius
 Pectoris in portu clandestina nam cluit^b illic

a) extra. b) edificium sub terris, antrum. c) annonam. d) pro-
 trahat, protelet. e) velum. f) monasterium, id est singularitatem Dei ser-
 vitii. g) princeps domus. h) amicitiae aptum. i) album ornum.
 k) vasa pomis ferendis apta. l) homo. m) sine coniuge. n) casti-
 tatem. o) urbem. p) paternam. q) mors subita. r) astutia.
 s) miseros. t) ad statum revocare. u) fugat. v) amictorium lineum.
 w) albidis. x) splendent. y) labefactando, concutiendo. z) diaboli.
 *) profiscuntur. a) mustiones, qui nascuntur de vino. b) stulte loquitur.
 c) vino albo. d) gutture. e) illuc. f) it, ambulat. g) duplicetur.
 h) rufa, nigra. i) bonum. k) iuvenem. l) fodit. m) spado.
 n) adornat, construit. p) habitacula, castra. q) tristis. s) caro.
 t) sepulchrum. u) triste. v) datur. w) lugubre. x) s. est.
 y) inferno. z) constringit. a) crescit. b) pollet, viget.

- Clancule, non constare diu tamen ipsa^a valebit
 Clancula, teste Tonante super^b sacrata per ora^c.
 Cum videas astum^d pessumdare^e saecula nefandum,
 110 Immo clientelae tutor^f Domini velut haeres
 Hic^g maneat, clivos^h virtutum quatinus almos
 Scandere, concinnasⁱ ΘHO^k tu clangere^l laudes
 Nomine sistenti ternis^m valeas modoⁿ soli^o
 Magestate tamen nutu^p doxaque^q perhenni,
 115 Quam pariter tecum teneam tu clerice poscas.

FINITUR CERNUI OPUSCULUM CATECASTI EXIMII^r CON-
 FESSORIS GERMANI SUGGESTUSQUE PARISIACI PRAELII
 HUMILLIMIQUE LEVITAE ABBONIS.

- a) virtus. b) desuper. c) per euuangelistas. d) astutiam. e) dam-
 nare. f) familiaritatis servator. g) in hac vita. h) ascensus, colles.
 i) breuiter et ornate compositas. k) deo. l) personare. m) s. per-
 sonis. n) solummodo. o) uni. p) potestate. q) gloria.
 r) i. scanti.

ADDENDA.

Cateia telum Gallis et Germanis usitatum, dardum, clava rotata
 supra libro primo vocatur, et apud Amnianum Marcellinum libro 31.
 occurrit.



